






11. 10. 15.

11. 10. 15.

11. 10. 15.

11. 10. 15.



R. P.

IVLII FATII

SOCIETATIS IESV,

L I B E R

DE MORTIFL
CATIONE NOSTRA

RVM PASSIONVM, PRA-
uorumque affectuum.

N V N C PRIMVM EX ITALICA
lingua in latinam translatus.

Cui nouiter adiunctum est

D. HENRICI HAR-
PHII DIRECTORIVM AV-
REVM CONTEMPLATIO-
rum, complectens Mortificatio-
nes duodecim.



COLONIAE,

Sumptibus Bernardi Gualtherij.

ANNO M. DC. IIII.

Chm Grati & Prinilegio.

Conrys Sren. Canali Montis Regij
ad Varsiam 4. d. 1625

A
B VI. M

qui
ris,
rub
adu
cer
har
re c
cent
huc
bus
terr
temp



DE MORTI- FICATIONE.

PRAEFATIO AVCTORIS.



V M Deus aliquando ex ardente rubo vocaret Moy-
sen, qui tunc in monte O- Exod. 3.
reb pascebat greges, cum-
que commotus ille & voce Dei se vocan-
tis, & vehementi desiderio videndi, cur
rubus accensus non combureretur, eoq;
admiratione plenus accedere volens, di-
ceret; V adam & videbo visionem
hanc magnam: gradum protinus siste-
re coactus est, elata voce Domino sibi di-
cente; Moyses, ne appropinques
huc, solue calceamentum de pedi-
bus tuis, locus enim in quo stas,
terra sancta est. Cui monito statim ob-
temperauit.

Hoc factum, uti obseruatione dignissimum fuit, ita & admirandis mysterijs plenum est, quae ad Tractatus nostri propositum valde conducunt. Nullum enim dubium est, quin fideles omnes, quos gremio suo complectitur Ecclesia, stent in terra sancta: Ecclesia namque ab institutionis sue exordio sancta, & Christi deinceps sanguine, multorum Doctorum exemplis ac doctrina, innumerablemque Martyrum cruore & Confessorum sudore sanctificata est. Quia vero in Ecclesia, Religiosus & Ecclesiasticus status praecipue Deo consecratus est, iisque qui in hoc statu viuunt, singulari quadam ratione, diuino ipsius cultui destinati sunt, ideo non iniuria vni cuique illorum suggeri possunt haec verba: Locus, in quo stas, terra sancta

Bernar. E- est; quod & Sanctus Bernardus ad Epist. 237. genium significare videtur, cum dicit Locus, in quo stas, terra sancta est. Locus Petri est, ubi steterunt pedes eius.

Quo

A V C T O R I S. 5

Quapropter oportet huiusmodi vi-
ros probè cognitam habere obligatio-
nem suam, qua tenentur Christi gre-
gem pascere verbo & exemplo: sibiqüe
persuadere debent, se esse potissimum à
Deo, sub persona Moysis vocatos ad spi-
ritualem perfectionem, quæ ut sacra-
rum rerum Doctoribus placet, in ad-
eptione charitatis consistit; estqüe diui-
nus ille ignis, in quo Deus apparet, atque
in eorum animis, à quibus possidetur, ita
exadescit, vt ardendo non consumat,
sed potius vitam ipsis pulchritudinem
qüe tribuat tantam, vt vel ipsius Dei o-
culos in sui amorem rapiant. Isti proin-
de cum Moyse, citato gressu, hunc san-
ctum ignem, ad quem vocati sunt ad-
eant, vt in eo per mutuos cum Deo ser-
mones, beneficio orationis, cognoscant,
& exequantur, quidquid ab unoquoque
exit.

Sed videor mihi videre, & magno
quidem dolore pariter ac rubore Deum
nos ob indignitatem nostram ab hoc

A 3 dulci

Quo

6 P R A E F A T I O

dulci consortio repellentem, & quidem illis ipsis verbis, quibus Moysen reputat: Ne appropinques huc, Ne appropinques huc. eò quòd pedes anima nostræ, potentia scilicet nobis insita, quibus ad Deum propinquare debemus, constricti sint vinculis quisbusdam ex pellibus animalium confessis, affectibus, inquam, animalibus & sensualibus, qui nos impediunt, quò minus proximè ad Deum accedere possumus, atque idcirco; Solue, inquit, calceamentum de pedibus tuis. Quod autem quiuis affectus inordinatus vinculum quoddam sit, animam rebus imis & caducis alligans & implicans, testis est Diuus Chrysostomus, qui ait: Vinculum est terrenarum rerum affectio. Nec dixit D E v s Moysi: Solue calceamenta, sed, calceamentum. Diuus item Chrysostomus prædictis verbis non dicit: Vincula, sed, vinculum est terrenarum rerum affectio: Ut videlicet intelligamus,

Chrysost.
homi. 66.
in Ioan.

quem-

quemcunq; affectum inordinatum ani-
mæ nostræ sufficere, quò minus ad Deum
debita promptitudine & incenso ardore
eleuetur.

Quod & Beatus Dorothœus hac de re Dorothe.
agens, pulchra aquila similitudine de- serm. ix.
clarauit: Aquila, inquit, quæ re-
liquo corpore à laqueo omnino
libera est, si vnica tamen vngu-
la detenta fuerit, omnem vim
suam ex ea modica particula, qua
præpeditur amittit. Atqui ex his
planum esse puto, quām iure Deus Moy-
si ad se accedere volenti dixerit: Sol-
ue calceamentum de pedibus tuis.
Hinc etiam certè sequitur, maximè
necessariam ijs esse mortificationem,
quibus propositum est in oratione versa-
ri cum Deo, & familiaritatem cum eo
contrahere: quandoquidem huius san-
ctæ Mortificationis exercitij proprium
est, pedes animæ nostræ vinculis no-
strorum prauorum affectum exsolue-
re, eamq; liberam promptamq;
redde-

8 P R A E F A T I O

reddere, vt ad Deum tam facilè se sè attollat, quam facile aquila omnibus nexibus soluta in altum subuolare consuevit.

Operæ pretium ergo me facturum existimavi, si quam optimè potero, que de diuino hoc studio sanctæ mortificationis occurrunt, in medium adferam, eo consilio, vt eius beneficio, ab omnibus impedimentis liberi, sine ullo obstatculo velociores ad Deum creatorem nostrum per orationem euolare possimus. Atque eò libentius hunc suscepit laborem, quod maioris momenti hoc argumentum mortificationis esse video, & quod pauciores hactenus extiterunt, qui ex professo de hac materia scripserunt. Precor autem omnes, qui hæc sunt lecturi, maximè verò R.R. PP. fratresquæ charissimos Societatis nostræ, quorum præcipue commodis hæc dicata volumus; vt eo animi candore, quo illis offeruntur, omnia acceptent, Deumquæ precentur, vt quemadmodum,


A V C T O R I S.

9

dum, præter eius gloriam nostrorum-
quæ emolumentum spirituale (quæ est
diuina bonitas) in hoc meo quantulo-
cunque labore nihil mihi propositum
fuit, sic idem gratiam largiatur, qua
vita moribusquæ ad viuum ea
exprimam, quæ hic ver-
bis doceo.



A § CAPVT



C A P V T I.

Quid sit Mortificatio.



O M E N mortificationis derivatur à nomine *mortis*, ob quandam similitudinem, quæ est inter Mortificationem & mortem nostram naturalem, ut quemadmodum mors naturalis consistit in separatione, quam efficit anima nostra, corpore relicto mortuo: ita quoque Mortificatio consistat in separacione voluntaria ipsius animæ à corpore, viuo quidem illo remanente, ita tamen ut per mortificationem anima ab inordinatis affectibus & passionibus corporis diuellatur, ut ab ipsis amplius non dependeat. Quò fit, ut sicut mors priuat hominem vita naturali, ita mortificatio eum priuet vita sensuali; reprimendo, immò penitus auferendo superfluam illam animi viuacitatem, quæ efficiebat, ut vita eius in corpore nimis soluta, carnalis & libera esset.

Veram esse hanc mortificationis notionem, vel inde manifestum euadit, quod quando dicere volumus, hominem non esse

D E MORTIFICAT.

ii

esse mortificatum ; dicere solemus, cum
nimis esse viuacem in suis passionibus &
appetitionibus, hoc est, cā vitā, quæ re-
gulam rationis excedit. exempli gratia,
in oculo considerare possimus quodam-
modo duas vitas , alteram , quæ con-
sistit in distincta visione alicuius obiecti,
debita distantia distanti , quæ vita oculo
naturalis est ; Alteram , quam possimus
appellare inordinatam quandam viuaci-
tatem videndi id , quod sibi obijcitur,
sue bonum illud sit, sue malum, nulla
habita ratione temporis , loci , persona-
rum , &cæt. & hæc est quædam viuaci-
tas , aut vita oculi inordinata : Quem-
admodum igitur mors priuat oculum
prima illa vita naturali , vnde ea actio
videndi procedebat , ita mors spiritua-
lis , quam nos mortificationem vocamus,
eundem oculum altera vita priuat , id est,
cutiosa illa & inordinata viuacitate vi-
dendi , quod & infra de passione amoris
dicemus ; Mortificationem videlicet non
tollere amorem & desiderium , quo alicui,
quem amamus benè & bona volumus , sed
viuacitatem illam inordinatam amandi
plus quam oportet.

Ex quo sequitur, veritas valde obser-
uanda , nempe mortificationis officium

A 6 non

12 DE MORTIFICAT.

non esse, ut funditus passiones extirpet,
quæ ex sua natura malæ non sunt, imò bo-
næ sunt, & ad multarum virtutum adqui-
sitionem planè necessariæ; sed ut inordi-
natam illam viuacitatem, & excessum
auferat atque retundat, qui solet homi-
nis vitam multis vitijs & perturbationi-
bus maculare. Hoc Apostolus videtur
insinuare voluisse cùm de concupis-
tiæ somite sub nomine peccati differens:

Rom. 6. Non regnet, inquit, peccatum in vestro mor-
tali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius.
Vbi non ait. Non sit: sed; Non regnet;
ita ut appetitionibus eius morem geratis.
Idem quoque Seneca videtur innuere,
cùm scribens ad Lucilium dicit: *Vna est*
catena, que nos alligatos tenet, amor vite, qui,
ut non est abieciendus, ita minuendus est. Si-
gnificare volens, passiones ad virtutes
comparandas necessarias, non penitus e-
uellendas, sed excessum illatum tempe-
randum esse.

Est igitur Mortificatio, ut concludam,
repressio & mors quædam nimia viua-
citatis, & moderatio eius excessus, qui
in potentijs nostris, earumque actibus
elucescit. Quo loco animaduertendum
est, posse nos cum Beato Dorotheo (quan-
tum quidem ad hanc mortificationis ma-
teriam

Doroth.
serm. 10.

DE MORTIFICAT. 13

materiam attinet) tres hominum status
distinguere. Primus est eorum, qui se-
cundum inclinationem suarum passio-
num & prauorum habituum plerumque
operantur, quo in genere sunt potissimum
hi, qui sese libidinibus & cupiditatibus
suis volentes immergunt. Alter illorum
est, qui non ita facile passionibus atque
appetitionibus suis obsequuntur, sed eò
vlsque duntaxat illas refrenant, vt in ex-
ternum aliquem actum non erumpant,
quos Beatus Dorotheus philosophicè viue-
re affirmat, propterea quod veteres phi-
losophos imitantur, qui de vitiosis habi-
tibus extirpandis, prauisque cupiditati-
bus coercendis nihil laborabant, sed tan-
tum cauebant, ne se exteriori actu prode-
rent; idque honoris & existimationis con-
seruandæ gratia.

Tertius demum status eminentioris gra-
dus homines complectitur, quibus non
satis est diligenter elaborare, ne illorum
passiones inordinatae actu aliquo exteriori
sese prodant, sed conantur insuper vi-
tiosos habitus, & immoderatas passiones
vi contrariorum actuum funditus extir-
pare; id quod peculiariter fit, sanctæ mor-
tificationis studio, eo quo diximus mo-
do. Atque in hoc statu est ille, qui, vt in-

14. DE MORTIFICAT.

quit Dorotheus, certat viriliter, Quoniam
quicquid vitio suo passionique contra-
rium animaduerit, id totis viribus aggre-
ditur & operatur. Quod & Richardus de
S. Victore voluit significare, cum dixit:
*Seruorum Dei hoc esse proprium, non solum
carnales sensus per disciplinam restringere, sed
etiam per mortificationem extinguere.* Hoc i-
psum & B. Climachus indicauit, cum de-
scribens verum religiosum, in eius velut

definitione tanquam conditionem & pro-
prietatem planè necessariam posuit: *Morti-
ficationem naturæ & indefessam sensuum
custodiā.* Sic enim ait: *Monachus est perpe-
tua naturæ violentia, sensuumque vigilanssi-
ma & indefessa custodia.* Quapropter oportet
eos, qui spiritalem ac religiosam vi-
tam degunt, semetipos explorare diligenter,
ad quemnam illorum trium statuum
pertineant, summoque conari studio, ut
obligationi gradus, suæque professionis
hac in parte respondeant.

CAPUT II.

*De fine & proprio Mortificationis officio,
& de duabus eius generi-
bus.*

Communis est Philosophorum senten-
cia; Medium in rebus naturalibus par-
ticul-

DE MORTIFICAT. 15

ticipare de suis extremis. Exemplum esse potest vernum tempus, quod cùm sit medium inter hiemem & aestatem, ab hac calorem, ab illa verò frigus accipit, vnde ea temperies efficitur, quæ temporis huius est propria. Idem videre est in aurora, quæ cùm sit media inter noctem & diem, ut desitio illius, huius verò principium, habet aliquid de obscuritate noctis, & claritate diei, ita vt lumine quidem inaurata, adumbbrata autem tenebris appareat, & quia propriè nox appellari non potest, cùm habeat aliquid lucis, neque etiam dies, quia aliquid adhuc tenebrarum manet, communiter *aurora* vocatur. Ita dicendum de homine, qui cùm sit à Deo constitutus tanquam medius inter naturam angelorum & brutorum, quia natura sua est Angelis inferior, superior verò brutis, fit, ut tanquam medius inter duas illas naturas, de virtuq; participet, id quod liquidò constat: Quod enim ad animam attinet, habet esse Angelicū, cù sit natura sua spiritualis, immortalis, intellectualis & liber: ratione autem corporis, habet aliquid de brutis, cùm sit natura sua corruptibilis, sensualis, carnalis, atq; ex his duabus partibus quasi contrarijs, vinculo tamen naturali conformatijs, resultat hoc compositum: *Homo;*
& quia

16 DE MORTIFICAT.

& quia secundum ordinem Iustitiae naturalis & Politicæ, quicunque conditione & gradu inferior est, subiectus esse debet & subordinatus ijs, qui in eadem Republica sunt potestate & gradu superiores; vt D. Paulus monet, cum dicit; *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*: Sequitur manifestè, carnem & sensus in homine, tanquam gradu & conditione inferiores, ex vi Iustitiae subordinatos & subiectos esse debere rationi seu spiritui, vt naturaliter & politicè superiori. Quod & Aristoteles significare videtur, qui cum dixisset: *Animus quidem in corpus, dominicum polit. c. 3.* seu herile habet imperium, mens vero in appetitum ciuale & regium; statim subiungit; *In quibus clarum est secundum naturam & utilitatem imperari ab animo corpori, & ab ea parte, quæ habet rationem, ei parti, quæ subiaceat perturbationi: æqualitatem vero & vicissitudinem omnibus nocere*. Ex quibus verbis perspicuè colligitur, animæ secundum ordinem naturæ competere imperium in corpus, & rationi in sensum; æqualitatem autem inter ipsos ac successiuam præminentiam utrique parti turpem & damnam esse.

Cæterum quia in homine, propter sensus rebellionem, concinnus hic ordo naturæ

DE MORTIFICAT. 17

turæ subuersus est, cumque quotidiana constet experientia, quomodo sensus & caro sæpenumero aduersus spiritum & rationem insurgentes eam inquietent, & bella acerrima moueant, necessarium planè est, vt tam graue hoc incommodum homo, conueniente aliqua industria & arte amoliatur & emendet. In hunc finem, sanctum hoc Mortificationis exercitium sapienter institutum est, cuius præcipuum munus est & finis in hominibus spiritualibus & religiosis, carnem sensumque rationi ac spiritui subijcere; rationem autem & spiritum Deo, tanquam legitimo vtriusque domino. Vnde postmodum in horum animis pax illa & tranquillitas nascitur, quam S. Augustinus vocat, Regnum Dei; Augustin. lib. I. de serm. Do- Vbi ita sunt ordinata omnia, inquit, vt id mini in quod est in homine præcipuum & excellens, monte. hoc imperet, ceteris non reluctantibus, que sunt nobis bestijsque communia. Verè felix & optatissimus status, qui hominem quasi ad illam Originalis Iustitiae felicitatem reducit, à qua ob primi parentis peccatum miserabiliter excidit.

Verum quia homo ad adquirendum hunc tam nobilem statum, non solum interioribus animi, sed etiam exterioribus corporis passionibus, ipsiusque insolentibus ap-

18 DE MORTIFICAT.

bus appetitionibus plerumque impeditur, necesse est, ut Mortificatio ad utrumque se extendat, ad corpus, inquam, & animam, remouendo nimirum ab unoquoque illorum, quidquid impedit, quod minus inferior pars superiori debito ordine subiicitur. Quare sicuti motus accipit suam denominationem a termino ad quem tendit, ita & Mortificatio, quae spectat ad animae culturam, extirpando passiones & affectus inordinatos, videtur Mortificatio interior dici posse: Illa autem, quae corpus ieiunijs, vigilijs & cilicijs coercendum suscipit, Mortificatio exterior iure appellatur, quam ut a Christo Domino vita propriae exemplo, ieiunando, vigilando carnemque innocentissimam paupertate & incommodis grauiissimis affligendo approbatam, & apud omnes sanctimonia praestantes viros visitatam celebratamque, non nisi pro diuina & sancta habere debeamus. De hac Apostolus loquens: Castigo, inquit, corpus meum, & inseruitutem redigo. Et Cassianus exercitium huius exterioris Mortificationis inter instrumenta perfectionis ponit. Quod & Climachus affirmat, cum inquit, Quod sicut exsiccatum lumen, iam non porcis usui esse potest, ut ibi grad. 36. se volent: ita & caro per abstinentiam mortificata

Cassian.

Collat. 1.

cap. 7.

Climach.

de discre-

Grad. 36.

se volent:

ita & caro per

abstinentiam mar-

cida

DE MORTIFICAT.

19

cida effecta, dæmonibus ultra non præbebit in se quiescendi locum. Diuus Bernardus de-

Bern. ser.
30. super
Cant.

mum exaggerando hanc Mortificatio-

nem Martyrio eam comparat. Genus mar-

tyrij est, inquit, spiritu facta carnis mortifica-

re, illo nimirum, quo membra cæduntur ferro,

horrore quidem mitius, sed diuturnitate mo-

lestius.

Neque profectò negari potest, quin in-

ter alias huius exterioris Mortificationis

conditiones hæc sit præcipua, quod orationi

dat efficaciam imperandi maxi-

mam, quando cum ipsa coniungitur, quod

multi atque illustres Sancti tam veteris,

quam noui testamenti experti sunt.

Ex his omnibus concludimus, mortifi-

cationem exteriorem, maximè, ut vidi-

mus, vtilem esse, nihilominus tamen fa-

tendum est Mortificationem interiorem

passionum & prauorum affectuum animi

nostri; huic exteriori mortificationi lon-

gissimè præstare; cum certissimum sit,

Mortificationem corporis parùm facere

ad acquirendas virtutes sine animi Morti-

ficatione, hanc autē sine illa plurimum cō-

ferte. Imò vero corporis Mortificatio ea-

tenus dicitur vitilis, quatenus animi morti-

ficationē adiuuat, & promouet, quod Ri-

chardus de S. Victore non obscurè signi-

fica-

20 DE MORTIFICAT.

Rich. lib. sicauit his verbis: *Hoc autem nosse oportet,*
de prepara- *quia disciplina corporis sine disciplina cordis*
ratis ad co- *absque dubio inutilis est: Et meritò sanè;*
templat. *quia quemadmodum sal condire aliquid,*
cap. 32. *ac præseruare non potest nisi in intimos*
eius recessus penetret, ita quoque sal Mortificationis,
virtutibus bonisque moribus
Dei seruum condire debet; Et si is à multo o-
rum vitiorum ac defectuum corruptione
& fœtore præseruandus est, oportet, ut
interiora animi ipsasque potentias, & pa-
siones penetret, quod Mortificationis in-
terioris proprium est; quæ quamvis exte-
riori præponenda sit: (nobilior est enim
plurisque facienda, vt diximus) fatemur
tamen, ei qui perfectus euadere velit,
vtramque Mortificationem esse ample-
ctendam, ita vt virtute spiritus facta car-
nis mortificet, & eadem virtute praua ani-
mi desideria potenter reprimat; quod i-
psum Richardus de S. Victore affirmat

Richard. cùm dicit: *Perfectus est qui virtute spiritus*
super cap. *& voluntates carnis, & voluntatem cordis*
2. Cantic. *potenter comprimit.* Et D. Basilius. *Quia ex*
cap. 22. *duplici, inquit, materia constamus, duplex*
Basil. in *quoque virtutis esse studium debet, idq[ue] cùm*
Constit. *strenuitate corporis, tum animi etiam indu-*
cap. 4. *stria exerceri. Et hæc pro huius capitinis ex-*
plicatione sufficiant.

C. A.

DE MORTIFICAT. 21

CAPUT III.

In Mortificationibus, præserim exterioribus,
mensuram & regulam esse tenendam; &
quænam illa sit.

VT melius intelligatur modus, qui in
hoc præclaro Mortificationis exer-
citio tenendus est; notare oportet, ad
omnes actus humanos, ut virtutis nomi-
ne censemantur, certam aliquam regulam &
normam requiri, qua dirigantur, ne suam
excedant mediocritatem. *Virtus enim, in-*
S. Bona.
quit, S. Bonaventura, medium vi- li. de pro-
norum te-
net, & ab utroque latere, vitijs est obsessa, ita cessu Re-
vit si modice à discretionis tramite declinae- ligionis
rit, iam virtut non sit. Atque ita, si exerci- cap. 35.
tium hoc Mortificationis, virtuti conser-
taneum & rectum esse velimus, lege ali-
qua aut mensura id metiri debemus, ne ad
extrema declinet, Exempli causa, si in
mortificatione iræ, neglecto modo, ni-
mium progrediamur, ita ut in actibus suis
fiat remissa & languida; vel si sit tam exi-
guum iræ comprehendæ studium, ut vi-
uacior & ardentior remaneat, quam par-
sit: huiusmodi mortificatio, primo qui-
dem casu, excessui; altero autem, defectui
obnoxia est. Quod item in Mortificatione
exter-

22 DE MORTIFICAT.

externa corporis, facile accidere potest, vt declinetur ad extrema, si nimirum afflictionibus & asperitate corpus nimium debilitetur; aut è contra, si sub prætextu aliquo, corpori mortificando tam parum insistamus, vt inde contra nos rebellionis & contumaciæ occasionem sumat.

Itaque tam in Mortificatione appetituum corporis, quām passionum animi, debita mensura tenenda, & modus obseruandus est. Quia verò: *Nemo vñquam, vt scriptura testatur, carnem suam odio habuit, sed fouet & nutrit illam,* propter affectum naturalem, quem erga carnem nostram gerimus; ideo longè facilius erratur in mortificatione appetituum corporis, quām in affectuum animi: Quocirca necessarium est, vt in hac parte tantò cautius & vigilanter nos geramus, quanto maius periculum subest. Qua de caussa Beatus Climachus, ostendere volens perplexitatem, quam incurrebat, cum amore virtutis cogeretur odiſſe in se ipso hominem carnalem, amore autem sensus obligaretur ad eundem nutriendum & fouendum; ita dicit: *Quod modo illum vinciam, quem vt amem, à natura suscepi?* Quid illi rationabile dicam, qui per

Ephes. 5.

Climach.
de castit.
Grad. 15.

DE MORTIFICAT. 23

qui per naturam mille rationibus ac persuasionibus mentitur, estque mihi cooperator & hostis; adiutor atque aduersarius; auxiliator simul & insidiator; si foueatur, oppugnat: si affligatur, debilior fit; lascuit per quietem; rursus verbera & flagella non sustinet: Si illum contristo, periclitior, si foueam, per quem virtutes adquiram non habeo.

Hinc dæmon, tanquam miles astutissimus, solet quandoque hominem sub prætextu zeli, ad nimias & extraordinarias mortificationes inducere; atque hoc idcirco, ut eum postea ordinario & durabili frumentu priuet, quem ex seruitio Dei, communia via & more viuendo, perceperisset, sitque hac de caussa, ut sub prætextu maioris boni, incurramus malum incurabile; quod diuinè prorsus Cassianus his verbis demonstrat; *Nosse debetis, hanc esse subtilissimam diaboli calliditatem, hanc occultissimam Collat. foueam, in quam miserabiles & incautos quosdam precipitat, vt dum ijs maiora promittit, 19. necessaria quotidiani fructus emolumenta surripiat.* Itaque cum haec mortificatio exterior ex una parte necessaria sit, ex altera vero parte, actu ipso eam exercere sine periculo excessus, valde difficile videatur, tam ob diuersitatem complexionum, quam

24 - DE MORTIFICAT.

quām ob illusiones dæmonum, quæ circa hanc materiam frequenter continent, existimo Religiosi esse suo iudicio in hac re non nimium fidere, sed se se spiritualis patris prudenti subiçere directioni, quō in via Dei tutius dirigitur, sibiique persuadeat, se nisi hoc faciat, magnis periculis exponi, in quæ multi incurrerunt, ut & Climachus affirmat:

Climach. Sicut qui sine duce est, inquit, et de discre. iamſi prudentiſsimus fit, in via errabundus incedit; ita & qui ſuo arbitrio in via Domini pergit, etiamſi in omni munda na ſapientia fuerit inſtructus, facillimè perit.

Verū posita prædicta ratione, tria in hac materia maximè notanda veniunt: Primum est, vt religiosi firmiter apud ſe ſtatuant, Deum ac Dominum nostrum, tanquam veriſſimum amatorem eorum, qui fideliter illi ſeuunt, nunquam permiffurum, vt decipientur, quando ſe illi, in persona prudentis patris spiritualis, cum omni confidentia submittant. Neque enim est *Climach. iniustus Deus*, ait Climachus, vt animas de discre. noſtras decipiāt, quæ ſe per fidem & innocentiam proximi conſilio atque indicio humiliter ſubmiserint.

Alte-

DE MORTIFICAT.

25

Alterum est, ut prædicto patri internum animi statum, tentationesque ac spirituales necessitates, promptè, plenè, magna quæcum fiducia ac puritate aperiant, ut ipse postmodum maiori luce ea possit documenta ac monita spiritualia suppeditare, quæ in Domino magis oportuna iudicauerit. Hanc manifestandi rationem, ad errores in spirituali via tollendos; sancti viri semper tanti fecerunt, ut quamlibet cogitationem, quæ sub verecundiæ seu timoris alicuius velo subrepit, grauissimæ temptationis loco duxerint: Affirmat hoc D. Basilius pluribus locis; idque B. Dorothæus expertum se esse satetur, notabili serm. 5.

planè cum fructu, dum in monasterio cū alijs habitaret. Denique in hoc, veluti in re magni momenti, Religiosi Scithi ab initio suæ conuersionis instituti erant, de quibus Cassianus hunc in modum: Instituuntur, inquit, nullas penitus cogitationes pruriētes in corde pernicioса confusionē cœlare, sed confessim ut exortæ fuerint, eas suo patefacere Seniori, nec super eorum iudicio quidquam suæ discretioni committere, sed illud credere malum esse, vel bonum, quod discusserit ac pronanciauerit senioris examen.

Tertium documentum est, ut religiosi sint fideles & diligentes obseruatores eorum quæ ipsis à prædicto patre prudente

B

in iusta.

26 DE MORTIFICAT.

iniunguntur. Quemadmodum enim phar-maca à medicis præscripta, quantumuis o-ptima, ægros nō iuuant, nisi sumantur; ita consilia & documenta patrum spiritualiū, nisi debito tempore executioni manden-tur, nihil prosunt; licet longè sint sanctissi-ma atque utilessima; imò hac ipsa de cau-sa maiorem poenam incurremus in altera vita; iuxta illud Christi: Seruit, qui cognouit voluntatē Domini sui, & non se præparauit, & nō fecit secundū voluntatē eius, vapulabit mul-tis. Necesse ergo est, ut religiosi, qui maio-re cū securitate & merito in diuino serui-tio progredi, & ab his omnibus damnis, quæ ex cōtraria viuendi ratione cōmu-niter sequuntur, immunes esse volūt, se iuxta arbitrium prudentis sui patris spiritualis regi permittant, & prædicta documenta diligenter obseruent.

CAP V T IV.

De necessitate Mortificationis, quæ cuiuslibet homini in suo statu incumbit.

QVINQUE modis hominem quemlibet considerare possumus, iuxta quinque diuersos status & gradus, qui in ipso reperiuntur, Primus modus con-siderandi est secundum esse rationale & huma-num, quod ipso suo originis principio homo à natura accepit. Alter, secundum esse mo-

rale

DE MORTIFICAT. 27

phar-
uis o-
ur; ita
aliū,
nden-
tissi-
cau-
altera
nouit
it, &
mul-
naio-
erui-
nnis,
uni-
uxta
ualis
menta

ris

libet
quin-
qui in
nside-
num-
omo
te mo-
rare

vale & politicum, quod adquiri solet educa-
tione & diuturna consuetudine cum ho-
minibus prudentibus, ac benè moratis,
obseruando illorum mores & vitæ actio-
nes. Tertius, vt Christianus & fidclis est, &
esse in Baptismate accepit. Quartus, vt Re-
ligiosus in aliqua religione approbata.
Quintus denique modus considerādi ho-
minem est, vt Prælatus, aut Episcopus est,
vel in aliquo dignitatis gradu constitutus.
Nos itaq; quemadmodum cuiilibet homi-
ni ad viuendum & operandum, iuxta for-
mam sui status, necessaria sit Mortificatio,
quā poterim⁹ breuissimē demōstrabimus.

Principio igitur ad hoc, vt homo viuat
& operetur vt verus homo, hoc est, secun-
dum illud esse humanum & rationale,
quod accepit à natura, necessaria illi est
Mortificatio: Quia naturale est, & omni
viuenti commune, viuere & operari con-
formiter suæ naturæ. Cū igitur homo na-
turā suā rationis particeps sit, necessariò
sequitur, vt si conformiter suæ naturæ vi-
uere velit, ex rationis præscripto illi viue-
dum & operandum sit: Et ad hanc viuen-
di & operandi normam, ab ipsa anima
sua rationali, tanquam ad rem naturæ suæ
conuenientem, impellitur, vt D. Thomas D. Thom.
docet his verbis: Inclinatur vnumquod. 32. q. 94
que naturaliter ad operationem conuenientem 2. 3.

28 DE MORTIFICAT.

sibi secundum suam formam, sicut ignis ad calcifiendum. Vnde cum anima rationalis sit propria forma hominis, naturalis inclinatio inest cuilibet homini ad hoc, quod agat secundum rationem. Imito B. Dionysius. Animæ malum est, inquit, esse contra rationem. Seneca quoque Philosophus in hanc sententiam: Summum, inquit, bonum hominis est, ex naturæ voluntate se gerere.

S.Dion.
lib.de di-
uin. Non.
cap.4.

Sen.li. 9.
Epist. 67.

Quærat aliquis, quidnam sit illud viuere hominis ex rationis præscripto, in quo bonum ipsius consistit secundum sententias adductas. Respondeo secundum doctrinam Aristotelis, sine dubio naturaliter maius bonum esse dominari, quam seruire; Cum autem meliori & digniori parti cuiuscunq; conpositi tam naturalis, quam politici, melior quoque ac dignior debetur locus, sequitur etiam naturaliter in homine debere animam dominari corpori, & rationem sensui, cum anima sit prestantior corpore, & ratio sensu. Hinc sit, ut rationalis vita & operatio hominis, nihil aliud sit, quam vita & operatio instituta secundum imperium & normam animæ & rationis; Qui viuendi & agendi modus, adeò proprius est hominis, ut si aliter agat, hoc est, si iuxta imperium carnis & sensus operetur & viuat, hoc non aliunde, nisi à quadam prava & peruersa ciuiis dispositione

pro-

DE MORTIFICAT.

29

proueniat. Imò, vt rectius dicam, nihil aliud est, quām more tyrannorum, rebellare, nam sensus non aliter contra rationem insurgit, ac rebelles serui & Vasallii in heroes suos ac dominos.

Quia verò quilibet homo prauam hanc dispositionem, culpam primorum parentum, sic contrahit, vt, quemamodū quotidie experimur, caro sensusque, insurgendo contra rationem, fortiter eam impugnant, inque suam ditionem redigere tentent, necessariò illi idem faciendum est, quod legitimi Domini & Principes cum rebellibus suis subditis facere solent; accipienda videlicet sunt arma, pugnandum viriliter, reprimendaque illorum audacia tamdiu, donec eos ad obedientiam sibi debitam reduxerit. Et quia hoc ipsum est rationis proprium munus, quod virtute Mortificationis in carnem & sensum exercet, necessariò concedendum est, sanctam hanc Mortificationis exercitationem cuiuis homini, qui vitam homini dignam velit instituere, adeò esse necessariam, vt quemadmodū B. Iustinianus loquitur: *Quicunque ista scire Laurent.* aut operari neglexerit, non rationalis, sed potius animalis nuncupandiu sit: Eo enim planè lib. de humorbo labore deprehenditur, quē Diogenes Philosophus Atheniēsibus suis insinuauit, cùm accensa sub meridiē lucerna,

B 3

vrbem

30. DE MORTIFICAT.

vrbem multis millibus referram lustrans,
homines se quærere dictabat , signifi-
cans , nulos nisi secundum rationis nor-
mam viuentes ; hoc nomine dignos esse ,
quorum tam illius , quām nostra quoque
ætate tanta est penuria , vt lucerna quæ-
rendi sint . Atque ex his satis pater , quām
necessarium sit exercitium Mortificatio-
nis , cuius cum is sit finis , vt homines
ad rationalem humanamque vitam tra-
ducat , meritò *rationalis & humana* vocari
potest .

Posteaquam ergo satis superque pro-
bauimus , quām necessaria sit Mortifica-
tio homini , viuere volenti , vt verum ho-
minem decet , non erit iam laboriosum
probare , ad moralem , politicamque vi-
tam ducendam , mortificatione itidem
opus esse , tum quod moralis vita , magna
ex parte in ratione fundetur , tum etiam
quod viuere moraliter & politicè non si-
gnificet vitam illam , quæ omnibus cupi-
ditibus habens laxet , sed potius illam ,
quæ externas suas actiones intra recti
limites confineat , & ad leges ciuiles , con-
suetudines , sapientumque placita & insti-
tuta conformet , ita vt ne latum quidem
vnguem ab illis discedat . Quia vero hoc
sine Mortificationis subsidio fieri nequit ,
multa enim hanc vitam viuenti subeun-
da sunt .

DE MORTIFICAT.

31

da sunt, quæ sensibus repugnant, à multis item quæ sensibus grata & iucunda sunt, abstinentum est, hinc sit, vt non immiterò iudicetur homini moraliter vivere volenti, valde esse necessarium, vt se mortificet, seque frequenter in istis duobus, quasi finibus exerceat, ad quos prisci Philosophi toram vitam moralem & Philosophicam referebant; qui sunt, vt ipsi aiebant, sustine & abstine: vt Plato, Socrates, Seneca, Diogenes & alij Philosophi fecerunt: & nunc itidem faciūt multi Principum aulici, & quotquot vitam sestantur ciuilem. Atque hæc Mortificatio^s Politica & Moralis appellari potest.

Si deinde consideremus hominem Christiana fide imbutum, procul dubio tantò maiori Mortificatione indigebit, quantò magis vita Christiana cæteris præcellit. Quia si ipse vivere velit, vt Christianum decet, secundum normam & regulam diuinorum præceptorum atque Ecclesiasticorum Canonum ei vivendum est. Quæ quidem lex diuina non solum actus prohibet externos, vt blasphemiae, homicidijs, furti, fornicationis, &c. eo modo, quo politicæ leges faciunt; sed affectus etiam interiores & cupiditates vetat. Ex quo necessariò sequitur, huiusmodi homini assidua &

32 DE MORTIFICAT.

indefessa tam passionum animi, quām exte-
teriorum corporis sensuum mortificatio-
ne opus esse, ad hoc, ut se intra limites ho-
rum præceptorum contineat, quandoqui-
dem certissimum est, ob naturæ nostræ
corruptionem & cōtinuum peccati fomi-
tem, eum sine huiusmodi mortificatione,
ad desiderijs & operibus prohibitis abstine-
re non posse, & quod hinc colligitur, nec
Christianè viuere, nec salutem consequi.
Atque hoc est, quod Saluator noster signi-
ficare voluit, cūm dixit: Regnum cœlorū vim
patitur, & violenti rapiunt illud: Dicere, sine
violentia regnum cœlorum adquiri non posse;
quid aliud est, quām quod supra dictū est,
sine mortificatione hominem Christianè
vieuere non posse, & quod hinc est conse-
quens, nec saluari. Quod & S. Basilius in-
dicat, cūm in prædicta Christi verba; tum
Christianos Christianè, inquit, viuere &
Christi esse imitatores; cūm voluntatē pro-
priam, & corporis laxamentum abnegant om-
ne, & magistri sui præcepta omnia conseruant.
Vnde ita infert: Quocirca si tibi in animo est,
rapere regnum Dei, violentie te dato, ceruices
tuas Christi seruitutis iugo submittito, & eius
loris collum tuum rectè circumquaque cohibe-
to. Quoniam autem mortificatio hæc nor-
mam & regulam suam sumit à lege Chri-
sti & Euangeli, conuenienter mortifica-
tio

Basil. de
abdicat.
huius vi-
te.

DE MORTIFICAT. 33

tio euangelica & Christiana appellari potest.

Si vero spēstemus hominem in statu religionis alicuius approbatæ constitutum, certissimum est tantò ei plus mortificatione opus esse, quanto hic status perfectione reliquos omnes supradictos superat, dum non solum requirit moderationem excessum, passionum, potentiarum & sensuum, tam in exterioribus quam in interioribus actionibus, secundum normam præceptorum legis Euangelicæ & Canonum Ecclesiasticorum, eo modo, quo de Mortificatione Christiana dictum est: Verūmetiā restrinquit hominem & obligat ad consilia, quæ ad tria vota essentialia Religiosorum reducuntur, & ad obseruationem Constitutionum & regularū suæ cuiusque religiosis. Atque idcirco non solum his prohibetur quæcunque species aut desiderium immundicie, & ipsius etiam matrimonij, neque solum iniusta alicuius rei usurpatio, sed etiam quocunq; licitum dominium & proprietas, exigitur autem animus ab omnibus rerum possessionibus abstractissimus, quæ alijs Christianis, magna licet virtute præditis, & in suo statu perfectis, sunt concessæ.

Et hoc est, quod D. Bernardus indicauit, cum monstrare volens differentiā, quę ad fratres hac de causa debeat esse inter Religiōlos, de monte

34 DE MORTIFICAT.

& alios Christianos: Fratres, inquit, alie-
rum est seruire Deo, vestrum autem adhære-
re. Et alibi declarans, quām firmam opor-
teat esse nostram cum Deo coniunctio-
nem, ne quando mentis nostræ insta-
bilitate ab eo diuellamur, ita scribit:

D: Bern. Serm. 13. super can. tisca.

Innata tibi leuitas vicina est lapsui: instabili
quodam vagae mentis motu facilimē abripie-
ris, si non firmē adhæseris. Statim enim
ac Religiosus propria quadam infirmi-
tate ab hac sancta coniunctione decli-
nat, facilimē incurrit notam illam, qua
S. Basilius huiuscemodi Religiosos insi-
gnit, cum ait: *Hic flagitosissimē ac peruer-
sisimē fecerit, si voluptatum blanditijs deli-
nitus, ad carnis vitia denuō delabatur, & si
suscipiens, quæ inde sursum ascendunt, exha-
lationibus, animi oculos sibi veluti crassissima
quadam nebula offusos esse patiatur. Hæc Ba-
silius.*

Cum autem fieri non possit; vt re-
ligiosus graue hoc vitet incommodum,
& ex altera parte obligationi suæ pro-
fessionis, vt debet, respondeat, nisi à
sui ipsis, omnia inque rerum vitæ huius
amore quām longissimē separetur, se-
quitur, vt, cum hoc absque diuina gratia,
& continua quadam mortificatione pa-
sionum & affectuum nostrorum, fieri
nequeat, Religioso homini hoc sanctum

Mol.

DE MORTIFICAT.

33

Mortificationis exercitium sit maximè necessarium & salutare. Et quia hæc Mortificatio Religiosorum ad normam statui suo conuenientem reducit, meritò poterit Mortificatio Religiosa vocari.

Sed ut ad Episcoporum, aliorumque Prælatorum statum tandem veniamus, non est ullum dubium, quin, quemadmodum horum status alijs prædictis dignitate & splendore antecellit (sunt enim huiusmodi personæ in statu perfectionis) ita hoc sanctum Mortificationis exercitium ipsis maximè sit necessarium: Est enim doctrina communis S. Thomæ, aliorumque Theologorum, Vnumquemque hominem obligatum esse, ut viuat secundum suum statum; Cum igitur status Episcoporum, sit status perfectissimus, ut dictum est, sequitur vnumquemque in tali statu constitutum, obligatum esse ad perfectè viuendum, ita, ut quemadmodum inquit D. Gregorius: *Sicut honore ordinis, etiam bene operantes subditos superat, ita etiam morum excellē pastoralia transcendat.*

*S. Greg. in
p. 2. cap. 2. 2.*

Quia verò fieri non potest, ut hoc modo viuat, sine adiumento continuæ & insignis Mortificationis tam interioris, quam exterioris, non solum ei ad hunc effectum necessarium erit sece-

36. DE MORTIFICAT.

mortificare, sed potius opus erit, ut iam magnum partem sit mortificatus, domitasque cupiditates habeat, quando ad hunc gradum peruenit; quandoquidem hominem ad hunc gradum ascendisse, non est aliud,

S. Grego.
n pastor.
p. 2. c. 10.

quam ut dicit S. Gregorius; Pertrahi ad exemplum viuendi, & ad normam irreprehensibilem Euangelice vitae, & ille modis omnibus debet ad exemplum benè viuendi pertrahi, qui eunctus carnis passionibus moriens, iam spiritualiter viuit. Hæc ille.

Quare quemadmodum speculum, ut perfectè repræsentet intuentium maculas, quas auferre volunt, duas præcipue debet habere conditiones; altera est, ut nulla macula aut rubigine sit infectum; altera, ut clarum sit atque pellucidum; ita Episcopus, qui speculi instar in Ecclesia constitutus est, ad hoc, ut populus videndo perfectionem & sanctitatem vitae eius, imperfectiones & prauitates suas emendet, ipse prius omni macula & culpa, omniisque scandalo carere debet, prout ad Titum scribebat A. postolus moneret, cum ait; Oportet Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem; quæ verba exponens Ecclesia in Decreto, tantam in eis requirit conscientiæ puritatem, ut nesciaman maior possit excogitari; Ita enim loquitur: Quod autem sine crimine iubetur esse, qui in Episcopum eligitur, non ante orarium.

d. 25. post Can. vnū baptis-

DE MORTIFICAT.

37

baptisma, sed post baptismum intelligendū est,
vt à tempore, scilicet baptismatis, nullius cri-
minis conscientia mentem eius remordeat. Ita-
que si Episcopus hunc in modum sine cri-
mine fuerit, facile quoque irreprehensibili
lem sese præstabit; vt D. Paulus volebat.
cū ad Timot. Oportet, inquit, Episcopum
irreprehensibilem esse: Atque hoc modo po- *1. Tim. 3.3.*
terit liberius aliorum vitia reprehendere,
prout eius exigit officium, neque sibi pro-
pria vitia obiecti reformidabit.

Nec minoris facienda est altera conditio,
quæ in Episcopo requiritur, videlicet, vt
in seipso sit virtute & doctrina clarissimus.
Episcopis enim præcipue dixit Christus,
in persona Apostolorum: *Vos etsi lux mun- Matth. 5.13.*
di; significans quod vitæ & doctrinæ suæ
splendore mundum debeant illuminare.

Quare quemadmodū lucernas, quas Do- *Exod. 37.*
minus in templo indesinenter ardere vo-
lebat, aureis præcepit emunctorijs frequē-
ter emungi, ne lux & clæritas eorum semi-
usti lychai excessu obscuraretur; ita pla-
nè cum Episcopos quasi lucernas in Eccle-
sia collocarit, vt eam exemplo vitæ atque
doctrina illuminent, quid aliud voluit, ni-
si vt ipsi præ cæteris enitantur, emuncto-
rio insignis mortificationis continuo e-
mungere excessus concupiscentiarum &
sensualium appetituum, ne ynquam offu-

scetur vita illius claritas, quæ in actionibus eorum splendere debet; *Quia teneatur lucere*, inquit S. Chrysostomus, *quem Dominus voluit habere officium lucerne*. Ut igitur finem huic capiti imponam, quemadmodum Episcopus obligatus est, ut resplendeat; ob rationes paulò antè alatas, ita ei necessarium est ad hoc, ut obligationi sui officij satisfaciat, sæpè omniq[ue] studio vti hæc sancta Mortificationis forfice, ut sicut lucerna tanto clarius lucet, quanto maiori diligentia suo tempore emungitur; ita Episcopi, hoc studio frequentis emunctionis, euadant indies clatiōres & illustriores in cōspectu Domini Dei, ad maiorem gloriam diuinæ maiestatis, & fidelium commune emolumentum.

Atque ita consilio meo, nisi fallor, satisfeci, ut nimirum demonstrarem, quām necessarium sit cuius statui sancta hæc Mortificationis exercitatio: Quia tamen, ut initio dicebam, religiosis præcipue hic tractatus dicatus est, visum est mihi operæ pretium, nonnullas alias considerationes fructus non pœnitendi huc apponere, ex quibus clarissimè perspicient, quanta sint ipsi ex hoc diuino Mortificationis exercitio commoda per-

cepta.

cepturi. Eas ergo sequenti capite proponemus.

CAPUT V.

Quād necessarium atque vtile sit Religiosis sanctum Mortificationis exercitium.

Quemadmodum ædificium attollit, & ad perfectionem suam, finem, quæ peruenire non potest, nisi iacet in primis & stabilitatibus eius fundamentis; ita Religiosus ad illum perfectionis spiritualis terminum, ad quem aspirat, peruenire non potest, nisi prius in se ipso fundet & stabilitatibus assidue & indefessæ Mortificationis, tanquam primum lapidem omnis noui ædificij spiritualis. Vnde Cassianus proponendo modum, quo Religiosus ad culmen huius fabricæ spiritualis pertingere possit, absolutè ponit Mortificationem nostrorum appetituum, tanquam primum lapidem fundamentalem; ita enim scribit: *Mortificatione voluntatum extirpantur, atque marcescunt vitia universa;* *Cass.lib. 4. Instit.* *Expulsione vitiaram virtutes fructificant atque succrescunt;* *Pullulatione virtutum, puritas cordis adquiritur;* *Puritate cordis Apostoli et charitatis perfectio possidetur.*

Sicut.

40 DE MORTIFICAT.

III. Sicut Salomonem, dum mulæ regiæ insideret, omnis Iudæa regem agnouit & proclamauit: Sic quicunque mulam regiam carnis, sensusq; proprij subigit, Rex ilicò suique ipsius dominus euadit. Et sicut periti equitis est inhibere frenum, quando ad ima tendit; si verò in altum; laxare, ita & nos, cum ad virtutum culmina ascendimus, potentijs nostris, quam maximè possumus, frena laxemus; tendendo autem ad ima, id est, ad mundi huius voluptates, frenum maximo inhibeamus: conatu, nisi labi saepiusque in abyssum infiniti erroris & stultitiae præcipites agi velimus.

III. Ut quis nouis plumis contegi non potest, nisi veteribus prius exutis, ita Religiosus veris & solidis virtutum plumis vestiri non potest, nisi prius veteres inordinatorum suorum affectuum & passionū exuat, quæ illum grauem reddunt, & ineptum ad perfectionis volatum. Quocirca, quemadmodū accipiter renouatus se ipsum, beato Iob teste, ad Austrum alas expandit: ita religiosus radijs diuinis per orationem se se exponere debet, & mortificationis alas frequenter concutere, ut dilatato in se desiderio professionis, virtute caloris diuini, atque veteribus malarum cōsuetudinum & affectuum inordinatorū plumis excusis, renouetur omni ex parte, & vestiatur

Iob. 39.

fan-

DE MORTIFICAT.

41

sæc*regiæ*
uit &
n re-
Rex
icut
ndo
, ita
ndi-
pol-
n ad
fre-
i la-
is &
po-
gio-
tiri
ato-
uat,
ad
ad-
bea-
ita
se-
las
de-
ini,
um
euf-
tur
an-

sæctis religiosarum virtutū plumis, qui-
bus tandem ad illam euolet perfectionem,
ad quam, ut verus religiosus, aspirat.

Vt nauis littori multis alligata funibus,
nunquam in portū progredi poterit, quā-
tumuis vela pandantur, remisque impel-
latur; ita prorsus homo, quantumuis in
cœpto virtutis itinere laboret, bonaque
desideria, quasi vela quædam explicit,
nūquam tamen in via Dei progredi, aut
ad perfectionis portum appellere poterit,
nisi mortificatione prauorum affectuum
vincula soluerit, quæ ipsum terrenis rebus
detinent illigatum, Quamobrem certo a-
nimi decreto, in mortificationem totis vi-
ribus quiuis incumbat, consiliumque S.
Hieronymi sibi datum existimet, cum, in-
quit, ad Paulinum: *Festina, queso te, & hæ-
rentis in fallo nauiculæ funem præscinde potius,*
quæm solue.

IV.

Hier. in
prologo
ad Paulin-
um.

V.

Si cuius religioso necessaria est illa
mentis illustratio, & gustus spiritualis, qui
virtute orationis adquiritur, eidē procul
dubio necessaria erit mortificatio passio-
num & affectuum suorum. Etenim ut aëre
nebula obscurato, sol aspectum nostrum
fugit; neque quenquam vitali radiorum
calore recreat, ita tranquillitate animæ no-
stre passionum nebulis obtenebrata, neque
virtute Orationis, ad verum solem, Deum

& Deum.

& Dominum nostrum, homo se se leuauit, neque vigorem & calorem benedictionis & gratiae diuinæ perceperit. Quod si Plutarchus, Aristoteles alijque philosophi negant, nullum hominem sapientiam humanam adipisci posse, nisi prius passiones animæ suæ pacauerit atque domuerit; quomodo fieri potest, ut Religiosus aptus sit adquirendæ diuinæ sapientiæ, quæ in vera cognitione & amore Dei consistit, nisi firmiter statuat, vsu continuæ mortificationis animum ab omnibus prauis appetitionibus expurgandum esse.

VI. Si ad adquirendas virtutes morales requiritur & præsupponitur necessariò, moderatio nostrarum passionum, ut vult S. Thomas, cum ait: *Virtus prærequisit passiones sedatas*; sequitur necessariò, hominem, ad acquisitionem virtutum Christianarum & religiosarum peruenire non posse, nisi prius passiones suas probè compresserit. Imò quanto maior aut minor erit mortificationis usus, tanto maior aut minor erit in virtutibus progressus. Quia enim ratione fieri non potest, ut cum vitio incontinentiæ sit virtus ipsa continentia, aut cum excessu iræ, virtus mansuetudinis, eadem fieri nequit, ut hæ similesque virtutes in anima

DE MORTIFICAT. 43

ma locum habeant, nisi prius ab ea vitiorum & passionum contrariarum excessus auferatur.

D. Augustini sententia est, *ibi pacem esse non posse, ubi non est subiectio repugnantium.* Quia verò ea quæ rebellant in regno animæ nostræ, quæque imperij & obscuritatis detractione, sèpè belli & contentionis materiam præbent, nihil aliud esse possunt, quam ipsæ nostræ concupiscentiæ & affectus inordinati; testè S. Iacob., dum ait: *Vnde bella & litigies in vobis? nonne ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris?* Oportet, ut qui veram pacem, animique trāquillitatem assicuri cupit, repugnantiam hanc rebellium suarum appetitionum vincat, easque imperio rationis subiiciat.

VII.

S. Augu.
lib. de c.
uit. Dei.

Iacob. 4.

Vt oliua, licet natura sua sit acris & amara, qualis videlicet in arbore crevit, si tamen vel exiguo condimento aspergatur & condiatur, dulcis & grata sit gustui: Sic homo ob sensus rebelles, peccatiisque somitem, quem secum tantum parentum suorum hæreditatem, circumfert, ex scipio adçò amarus & ingratus est, ut nisi Mortificationis sale condiatur, & naturalem hanc suam amaritudinem temperet, coercendo nimis sensuum vigorē, & sensualitatis

VIII.

excessu

44 DE MORTIFICAT.

excessum, nunquam dulcis, iucundusque
gustui Domini erit.

IX.

Vt vitis, naturali quodam instinctu, ramis suis & pampinis se huc illucq; diffundit, & se quibusdam quasi filis, vbi cunque potest, alligat; ita homo, post lapsum Adami, à natura sua quandam habet inclinationem ad diffusionem sui, opera & ministerio sensuum & cupiditatis, ad diffusionem, inquam, in infinitos pampinos in utilium vestorum, operum, vanorum desideriorum, & cogitationum, atque his se quasi filis, minima etiam data occasione, alligat. Quemadmodum igitur vinitoris munus est, compescere vitem, putare pampinos nimium luxuriantes, quò certis illa terminis circumscripta fructus vberiores ferat; ita planè Religioso necessarium est, vt se prauæ suæ inclinationi opponat, & falce Mortificationis omnem superfluitatem inutilium desideriorum, & vanarum appetitionum detruncet, & amputet, quò recte rationis limitibus, suiq; institutio norma circumscriptus, maiori vigore in acquirendis solidis virtutibus, proximo quoque salute curanda progressum faciat.

X.

Cassian. Si finis Cœnobitæ, vt apud Cassianum collat. 19. vult Ioannes Abbas, consistit in mortificatione & crucifixione omnij appetitus; cap. 8. necesse erit, vt serio huic sanctæ mortificationis Galat. 5.

DE MORTIFICAT.

45

tionis exercitationi se le tradat, concupiscentias suas & appetitus crucifigat, si, ut verū Religiosum decet, viuere & ex Christi discipulorum numero esse velit, de quibus Apostolus dicit: *Qui Christi sunt, carnem suam cruciferunt cum vitiis & concupiscentiis.* Quemadmodum igitur infirmus, non adeò sentit dolorem vulneris, aut scissionis, si partem carnis scindēdam industrius chirurgus prius varijs modis mortificaverit; sic qui p̄ passionum, voluntatum, sensuumque suorum superfluam viuacitatem prius sancto mortificationis exercitio domuerit; persecutionum postea incisiones, aduersitates, & cruces, quas amore Domini sui sepè in hac vita sustinere debet, nō admodum difficulter tolerabit: imò vero tanquam mundo & amori proprio mortuus, Christo crucifixo, ut summæ perfectissimæque mortificationis speculo vniaco, & vero exemplari simillimus erit.

xii.

Quemadmodum cholericus aut phlegmaticus quis, dicitur, quia in ipso choleræ & phlegmatis prædominatur humor, ita spiritualis & rationalis dici poterit is, in quo spiritus & ratio prædominatur; & carnalis aut sensualis, in quo dominatur caro & sensus. Quoniam vero spiritus & rationis dominium in carnem ac sensum, à mortificatione maxima ex parte dependet,

46 DE MORTIFICAT.

det, huic secundum gratiam diuinam méritò adscribitur, cùm quis spiritualis sit, & rationalis. Ut igitur inter illustriores titulos, qui homini in hac vita tribui possunt, non minimus est, aliquem esse virtute prædictum, spiritualem, rationalem, &c. Ita Mortificationis usus & exercitatio tanquam singulare instrumentum tanti boni, maximi sanè fieri debet.

CAPUT VI.

Considerationes quædam magis particulares circa potentiarum anime nostre, possessio-
nis amoris proprij, & sensuum
corporis mortifica-
tionem.

Consideratio prima, circa mortificationem in-
tellectus.

Considera tria potissimum vitia intellec-
tus mortificanda & emendanda esse,
nisi in mille errores præcipitari velis.
Primum vitium est curiositatis, quando nimirum intellectus tuus indagat ea, quæ vel ipsius captum excedunt, vel quæ maiores, aut proximos tuos concernunt, vel certè, quæ scire tua nihil interest, quæ sine perturbationis & erroris periculo nunquam inuestigaueris. Secutus

DE MORTIFICAT.

47

igitur consilium Salomonis dicentis: *Al. Eccles. 3.*
tiorate ne quæsteris. Et paulò post: *In super-*
uacuis rebus, noli scrutari multipliciter: sancte
mortificationis freno, intellectum tuum
coercebis, cùm se occasio obtulerit, ne in
hunc tam perniciosum: cuiusq[ue]tatis excessum
prorumpat.

Alterum vitium est temeritatis, quando scilicet ex coniecturis aut dubijs incertisque indicijs, formas tibi iudicium de vita aut moribus alterius hominis, atque ita, repugnante charitate, non solum iudicas, sed condemnas etiam, notabili animæ tuæ damno, illud, quod potius deberes approbare, aut minimum excusare; quo facto inexcusabilem te & reum facis in conspectu Dei. In te enim expetunt illæ minæ Apostoli: *Inexcusabilis es, ô homo, omnis, qui iudicas, in quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas.* *Rom. 2.*

Tertium vitium est pertinaciæ, quando tuæ opinioni ita mordicus inhærescis, ut nullius consilium aut persuasione in deliberando admittas: Quo modo reddis te indocilem, ac planè incapacem directionis maiorum tuorum, quæ multas ob causas tibi est necessaria, & quod hinc sequitur, ijs te perculis impingendi & conuendi exponis, quæ

48 DE MORTIFICAT.

quæ cœco, per incertam & difficilem viâ
gradienti, meritò timeri possunt. Sequaris
ergo consilium sapientis hunc in modum
te exhortantis: *Ne innitaris prudentiæ tuae,
nec sis sapiens apud temet ipsum; omniaque
tua iudicia de rebus tuis, tibi sint suspecta;
conaberis quoque præbere te non modo
facilem, sed & cupidum, ut ditigatis, con-
siliumque à superioribus tuis in omnibus
tuis actionibus accipias.*

Considera necessitatem hanc mortifi-
candi intellectum tuum circa prædicta vi-
tia esse maximam; utilitatem verò, quæ in-
de redundant, non solum ad intellectū, sed
ad ipsum quoque hominem internum &
externū manare. Quemadmodum enim
frat̄, vel loco motâ præcipuâ horologij
rotâ, mox etiam turbantur inferiores ro-
te, nec earum motus amplius ordine & de-
bita mensura cietur, nec horæ signum té-
pore statu auditur: ita quoque perturbato
hominis intellectu, qui est suprema eius
potentia; mox omnes aliæ inferiores poté-
tiæ perturbantur. Ex intellectus enim ex-
cessu in intelligendo; sequitur excessus vo-
luntatis in volendo. Excessus item poten-
tiarum executuarum in operando; & ve-
paucis absoluam, totâ homini harmonia
& concentus ille operationum tam inter-
narum, quam externalium confunditur &

inter,

DE MORTIFICAT.

49

intercidit. Quocirca ob hāc, & alias multas
ob causas, eo conatu mortificando intelle-
ctui insistere debes, quo inuitus quispiam
belli Dux expugnando alicui munitissi-
mo propugnaculo insistit; à quo ciuitatis
ipsius, aut totius regni expugnatio pendet.

Consideratio secunda, circa mortificationem
voluntatis.

Con sidera primò voluntatem tuam,
potentiam esse natura sua cæcam, atq;
idcirco illi, ne erret, maximè opus esse
ductore. Quia verò experientia ipsa, &
grauissimo tuo cū damno edoctus es, te
ipsum ne aquam bonum eius ducem es-
se, necesse est, vt eam directioni voluntatis
diuinæ, & eorum, qui te loco Dei guber-
nant mortificationis vsu, subijcias, si non
velis incurrere in ea pericula, quæ Do-
minus ipse tibi prædictis cùm ait: Si cæco cæ-
cus ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Matt. 5.

Con sidera secundò, voluntatē tuam es-
se natura sua liberam, atq; idcirco fræno
opus habere, ne rationis limites suis in-
tempestiuis affectibus transgrediatur. Pre-
caberis ergo Deū cum Psalmista assidue:
In chamo & fræno maxillas eorum constringe. Psal. 31.

Con sidera tertio, voluntatē tuam naturā
suā esse appetituam, & ideo instar illius
infamis formigæ, de qua Deus per Hiere-

C

miam:

50 DE MORTIFICAT.

Eccles. 2. miām: Sub omni ligno frondoso prosternebaris
meretrix: sāpe facta est pāda suorum app-
petituum, illecta nescio qua vmbra & spe-
cie boni alienius, quā in ipsis apparebat,
atq; ita partim habitu prauo, partim natu-
rali etiam affectu, minima oblata occasio-
ne, rāto in obiecta sua fertur impetu, vt nisi
mortificationis frāeno retineatur, exposi-
tura se se procul dubio sit illis incōmodis,
à quibū sapiens nos absterret cūm ait:

Eccle. 18. Post cōcupiscentias tuas non eas, & à voluntate
tua auertere; si p̄f̄tes animae tue concupis-
centias eis, facie te in gaudium inimicis tuis.

Cōsidera quādō attētē, quanta necel-
litate compellamur, vt mortificemus hanc
nostrā voluntatem, cum teste S. Bonauen-
tura; Tota religionis perfectio in voluntatis
propriæ abdicatione consistat, cum q̄; auctore
S. Augustino, unicuique propriā voluntas fit
causa damnationis vel salvationis. Seneca i-
tem Philosophus gētilis ad quendam ami-
cum scribens, affirmare audet, adeō necel-
lariam esse mortificationem propriæ vo-
luntatis virtutibus comparādis, vt tantum
& non plus virtutum adepturus sis, quantū
tibi de tua propria voluntate detraxeris.

S. August. Hoc solum virtuti addicies, inquit, quod pro-
priæ voluntati substraxeris.
in Manu-
oli. 6. 25. Consideratio tertia, circa Memoriae & Imag-
nationis Mortificationem.

S. Bon-
a-
uent.
in
speculo
discip. c.

4.

S.

august.

in

Manu-

oli.

6.

25.

Cor.

DE MORTIFICAT.

51

Considera primò, quomodo prophæta
Ezechiel spiritu in templum Hierosolymitanum introductus, p̄æter alia
multa, duo præcipiū ibi summa obserua-
tione digna viderit: primò quidem, omnēs
similitudinem reptilium & animalium abomi-
nationem & uniuersa idola domus Israël de-
picta in pariete, in circuitu per totum. Deinde,
quod nō minus erat admiratione dignum,
Septuaginta viros de senioribus Israël, prædi-
ctis imaginibus thura adolescentes: Ita & tu,
si cogitatione templū animæ tuæ intraue-
ris, videbis in primis ingentem multitu-
dinem abominabilium similitudinum
bestiarum & idolorum, quæ in memoria
& imaginatione tua perpetuò visuntur.
Deinde, quod peius est, cum eiusmodi ima-
gines & species amaris lachrymarum im-
bribus eluendæ, & ferro seueræ cuiusdam
mortificationis ex animo recidendæ es-
sent, tu potius eas foues, positoque incenso
veneraris, nō sine intima quadam sensuum
oblectatione & iucunditate. Dolebis igitur
de tāto errore, sumiterq; statues, te huius-
modi cogitationum simulacris carentis,
& perpetua obliuione sepeliendis dili-
gentem operam nauaturum.

Considera secundò Dñm nostrum me-
moriæ & imaginationi tuæ magis inhæ-
rente, quam tu ipse tibi, diuinique sui intui-

Ezech.
cap. 8.

52 DE MORTIFICAT.

tus perspicacia, multò clatius videre & penetrare ea, quæ ibi adumbrantur & effigi-
antur, quam tu imaginatione tua assuefi-
possis. Hinc sumes materiam erubescendi,
ob confusionem turpitudinemque huius
spectaculi, quod oculis diuinæ maiestatis
in mente tua assidue exhibetur, colligesq;
te ipsum, & tandem huiusmodi phantasias
ac vanitatibus finē impones; apposita por-
tis sensuum tuorum vigilanti custodia.

Considera tertio damnum inestimabi-
le, quod ex libertate, leuitate & immortifi-
catione huius tuæ imaginationis & me-
moriae ad animum tuum miseratione di-
gaum redundat. Cùm enim intellectus
tuus similis sit molæ, quæ, quidquid af-
funditur, commolit & conterit, tu verò
nihil aliud intellectui tuo suggeras, quām
abominationes & chimeras, quid mirum,
si omnes deinde cogitationes eiusdē fiāt
farinæ, cumque contemplatione rerū cœ-
lestium suppensus esse deperes, tunc subi-
tō abriperis, & inuolueris immunditiis,
vanitatibus atque stultijs huius terræ.

Consideratio quarta, circa Mortificationem par-
tis concupisibilis & irascibilis.

Con sidera primò, hominem, secundum
inferiorum sensuum suorum partem
brutis esse similem; habet enim in hac
arte

DE MORTIFICAT.

33

parte duas potētias sensitiuas, brutorū instar est. Prima concupisibilis, quæ appetit & procurat necessaria & conuenientia ad conseruationem sui esse sensitiui. Altera est irascibilis, qua fugit, quantum potest, & defendit se à contrarijs. Differunt tamen hæ duæ potentiaæ in homine ab illis, quæ sunt in brutis, quoad hoc, quod cum in brutis non sit alia potentia superior, sequuntur bruta has, & operantur consentaneæ instinctui utriusque potentiaæ, & rectè quidem, ita enim eorum fert natura; At in homine, in quo etiam pars superior, ratio videlicet, reperitur; hæ duæ potentiaæ sensitiuæ, regi duci que possunt & debent à ratione, ita ut eatenus possit homo dici vivere vitā hominis, quatenus plus aut minus appetitio partis concupisibilis & irascibilis dirigitur secundum legem & normam rationis.

Cōsidera secundò, quemadmodum camelus, ut fertur, aquam pedibus turbat, naturali quodam instinctu, ne scilicet in eius claritate, corporis sui deformitatem videat, talique aspectu abterritus, abhorreat postea ab hoc naturæ subsidio: ita saepissimè solet capitalis noster hostis pedibus indomitorum appetitum, qui in concupisibili & irascibili grassantur, turbat claritatem luminis nostri intellectus, ne in

44 DE MORTIFICAT.

ipso & per ipsum deformitates & miserias nostras videamus , deueniamusque ad contemptum & horrorem nostri ipsorum , qui solet esse quasi basis & verum fundatum aedificij nostri spiritualis.

Considera tertio, Passiones huius partis inferioris sensus nostri, nisi diligenter reprimantur , quasi condensati , suaque caligine diem & celi conspectum nobis eripere, instar vaporum , qui ex terra eleuantur in altum, ita ut paulatim homo eodem delabatur , ut nihil aliud vel videat vel gustet amplius, quam res terrenas & sensuales. Hinc non secus ac immunda animantia, rostro in terram dimisso, nil nisi terrenas voluptates sectamur gruniendo præ timore, ne vel in minimo impediatur aut minuatur libertas illa , quam infelici hac negotiatione pretemporibus & imaginamur.

*Consideratio quinta, circa mortificationem,
Amoris proprij.*

Considera primò ; cum Amor sit naturalis passio animi nostri, non est naturali suâ malus; sed dicitur malus aut bonus, cù eo malè aut bene utimur. Dicitur etiam proprius aut communis , quando finis eius proprius est aut communis. Quamdiu enim homo hoc suo amore se ipsum amat, & alia propter Deum , non potest

DE MORTIFICAT.

55

poteſt dici amor malus, ſed bonus, quan-
doquidem fine bonum praſtitutū habet.
Neque proprius appellandus eſt, ſed com-
munis, & idem cum amore Dei, quan-
doquidem & ſe & alia amat eodem fine,
quo ea Deus amat & conſeruat. Si verò ſe-
ipſum statuat finem ſui amoris, uſumque
aliarum rerum, tunc ſine dubio hic amor
non ſolū proprius, ſed & peruerſus erit:
proprius, quia in propriam personam de-
ſinit: peruerſus; quia, quantum eſt in ſe, per-
uertit ordinem, quem Deus ſecundum di-
uinam ſuam prouidentiam homini, cete-
riſque creaturis præſcripsit, ut nimirum ad:
ſe omnes contendant, & in ſe deſinant, tā-
quam in verum & yltimum finem.

Considera ſecundò; Si ea eſt condi-
tio boni, vt ſeſe diffundat & propaget;
non potest non magnum eſſe malum A-
mor proprius; quippe qui efficiat, vt ho-
mo, illud, quod in alijs cernit, bonum, ad
ſe totum pertrahat; nec de ſuo vel mini-
mum quid cum alijs communicet. Quod
ſitanto maius aliquod malum eſt, quanto
maiori priuat bono, erit certè Amor pro-
prius malum maximum. priuat enim
hominem bono, quo maius in hac vi-
ta habere nequit, hoc eſt, Amore Dei.
Vnde euidenter conſtat, quod si totum ho-
minis bonum eſt amare Deū, vt vult S. Augu-

C. 4.

ſtinus.

56 DE MORTIFICA T.

S Aug. in stinūs , totum hominis malum sit amare se-
Manual. ipsum.

cap. 26.

Considera tertio; Quemadmodum fer-
rum nulla re magis atteritur & destruitur,
quam rubigine, quam producit ex seipso
& fouet: Sic quoque nihil est, quod ita a-
nimam debilitet, eneruetq; in via spiritua-
li, ac rubigo proprij amoris, quam ipsa ex
se producit, & in se fouet ac nutrit. Sicut
autem ferrum ignis ardore & iustibus mal-
leorum, excussa rubigine, renouatur totū
& perpolitur; ita conuenit, ut igne feruen-
tis orationis, mortificationisque iustibus
assiduis pessimam amoris proprij rubigi-
nem excutias, teque sic renoues; idque eō
citius, quod maiora in dilatione insunt pe-
ricula; accrescunt enim difficultates, & mi-
nus illa alacritas statim resistendi, qua
ad hoc requiritur.

Considera quartò; Sicut ex effectibus
cognoscuntur cause, ita ex nimia sollicitu-
dine, quā plerumq; habes tua existima-
tione, tuis cōmodis, & te ipso, ex nimio et
iam dolore ob aduersa, quæ tibi solent ac-
cidere; facillimè colligere poteris, amore
hūnc, qui in te regnat, esse amorem tui i-
psius: Et quia æquali gradu cum amore,
quo unaquæque res amat, procedit etiā
existimatio, quam de eadem re concepi-
mus; hinc si te ipsum plus amaueris, quam
omnes

DE MORTIFICAT. 57

omnes alias res, te ipsum quoque aestimatione tui ipsius omnibus alijs rebus praetulisti, factusque es idolum tui ipsius, quandoquidem, ut affirmat D. Augustinus, *Id ab homine colitur, quod præ ceteris diligitur.*

*Consideratio sexta, circa Mortificationem
quinque sensuum exteriorum.*

Considera primò, quam parum ab infantia tua sensus tuos custodieris, &c. quam magnā libertatē ex hac tā diuturna tua negligētia & socordia acquisierint, quam insolentes euaserint. Hinc enim anima tua, ut ciuitas portis destituta, manet exposita omnibus inimicorum insidijs & assultibus. Similis item facta est vasi, quod operculo caret, & quemuis liquorem siue bonum, siue malum recipit, atque idcirco, secundum legem antiquam, immundum & prophæsum est. Quamobrem cum te toties cordis puritatem, quietem consciētiæ gustumque rerum diuinarum inde amississe aduertas, deslebis amarissimè hanc desolationem & ruinam animæ tuæ cum Propheta Hieremia, dicesque: *Desixæ sunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vestes eius.* Item cum Davide. *Factus sum tanquam vas perditum.*

Considera secundò; filios Israël vt fla-

C 5 gel.

Thren. 2.

58 DE MORTIFICAT.

gellum Angeli primogenita Aegyptiorum occidentis, euitarent; ædiū suarū postes Agni paschalis sanguine linisse: parimodo nos, vt effugiamus mortem peccati (quod omniū maximum flagelli genus est, quo anima nostra puniri potest) vngere oportet portas sensuū nostrorum sanguine veri Agni Christi Iesu, perpetuò oculos habendo sanctissimam eius mortem & passionem, & procurando in nobis sensum alicuius effectus sanguinis pro nobis effusi, ministerio perfectæ mortificationis nostrorum sensuū ac re ipsa experiencingo id quod Apostolus Paulus in se ex-

2 Cor. 4. pertus est, cū dixit: *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes.*

Considera tertio; quemadmodum informatione circuli, si centrum non sit firmum & stabile, circumferentia nunquam fiet uniformis & æqualis; ita quoque si cor tuum (tanquam centrum omnium actionum, quæ à potentiis tuis tam internis, quam externis formantur) non fuerit solidum & fixum in Deo, nunquam fieri poterit, ut actiones sensuum tuorum exteriorum debita mensura, proportione & decencia perficiantur; *De corde enim exirent cogitationes male*, ait Saluator, *homicidia, adulteria, &c.* Própones igitur fit miter hanc ob causam stabilire corrutum in

DE MORTIFICAT. 59

In Deo ut quemadmodum centrum præcedit circumferentiam, ita ratio præcedat & regat sensuum tuorum functiones. Atque hoc ipsum est fortassis, quod significare voluit Salomon cum dixit: palpebre tue præcedent gressus tuos.

Consideratio septima, circa Mortificationem oculorum.

Considera, quod per hanc portam vi-sus peccatum intrauerit in mundum. Nam ex incauto aspectu pomi vetiti, inuasit Euam desiderium gustandi. Vedit mulier, quod bonum esset lignum ad Genes. 3. vescendum, & pulchrum oculis, & tulit. Nec aliunde, quam per hanc ipsam portam, irrepit adulterium in animam eximij illius Regis Dauidis. Tu ergo cum non sis innocentior Eva, dum esset in statu innocentiae, nec sanctior Dalide de quo Dominus; Inueni hominem secundum eorum; horum duorum exemplo, illius scilicet negligenti custodia; huius verò nimia curiositate videndi, factus cauтор, custodies & defendes hanc portam oculorum tuorum ab utroque excessu, vi seueræ & continua mortificationis.

Considera secundò: Quemadmodum pleraque ciuitates munitæ, cingi solent

60 DE MORTIFICAT.

duplici muro, vt superato ab hostibus altero muro, se possint adhuc altero defendere: Ita necesse est, vt si fortè tuā incuriā primus murus exteriorum oculorum à nimia curiositate videndi expugnatus sit, altero muro oculis interioris, imaginatiōis scilicet, & intellectus, ita resistas, vt neque nunc, neque postea yllum amplius, obiectum illicitum, ne momento quidem temporis, in mente tua pedem figat; ne fortassis tandem magno tuo damno cogaris lamentari cum Hieremia: *Ansemurale o^m murus pariter dissipatus est.*

Considera tertio; quibusdam autibus, vt accipitri, operiri oculos, vt hoc modo facilius cicurentur & tractabiliores fiant: pari ratione, si velis in oratione familiaris fieri Deo, atque in ipso dulciter conquiescere, oportet, vt nimiam viuacitatem oculorum tuorum sancta Mortificatione restringas, quandoquidem sēpē expertus es, neque sine iactura, illos deprædari animam tuam, & efficere, vt à rebus terrenis & caducis diripiatur, cum potius ex officio totam sese rerum cœlestium contemplationi & investigationi tradere deberet. Dolebis igitur ob hanc tuam incuriā, haec tamen à te commissam, plangesque cum Hieremias: *Oculus meus deprædatus est nām meam.*

COR.

DE MORTIFICAT. 61.

Consideratio octaua, circa Mortificationem
gustus & lingue.

Si tanta fuit ingluuies, quæ commouit Esau, ut renderet primogenita sua ob lenticulae escam, cogita tuam fuisse tantum maiorem, quanto minori occasione, quam Esau, qui tunc fame enecabatur, vendidisti multo maiora bona, æterna scilicet, ut satisfaceres insatiabili tuo gustui, nullo ciborum modo obseruato, siue multitudinem, siue qualitatem & conditionem species. Dolens igitur de tam graui errore, paulatim hunc tuum sensum, freno seueræ Mortificationis coercerebis, atque ad illam parsimoniam normam reduges, quam Cassianus sapienter præscripsit, cum moneret; *Vt tantummodo, quæ fragilias, non quæ voluptas exigit, usurpentur.*

*cass. lib.
5 Instit.
cap. 7.*

Considera secundò, insigne illud fastum Regis Dauidis, qui cum quadam vice in castris, vehementi siti torquereatur, desideraretque haustum aquæ ex cisterna propè portam Bethleemiticā, allatum à militibus aquam gustare renuens, eam vñā cum voluptate, quam inde bibendo percipere potuisset, Domino obtulit his additis verbis: *Propitius fit mihi Dominus, ne faciam hoc.* Si tantus Rex, qualis fuit Dauid, voluit à potu abstinere,

2. Reg. 23.

62 DE MORTIFICAT.

& negare gustui suo, amore Dei, delectationem rei tam licitae, quam erat potio aquæ, siti tam vehementer & aestuante, quanto studio par est, Religiosum, gustus mortificandi causa, abstinere à rebus minoribus necessarijs & permisiss, dum à gulæ illecebris irritatur. Quantò magis conuenit, ut has immoderatas cupiditates Domino offerat, dicatque : *Propitius si mihi Dominus, ne faciam hoc.*

Considera tertio, brutis æquè ac hominibus communem esse linguam; prudenter verò ac benè ea vti, soli homini esse concessum, neque cuiuis, sed sapienti tantum & probo: *Bonus enim homo, ait Christus, de bono thesauro cordis sui profert bonum.* Et qualis quisque est animo, talem se linguam prodit; quod & Socrates Philosophus affirmabat cum Iuveni cuidam, quæ nosse volebat, diceret: *Adolescens loquerere, vt te videam.* Solet enim plerumque quilibet verbis prodere, quod a iusto conclusum gerit, siue id bonum, siue malum sit. Necessarium igitur est, ut qui solidè & benè linguam suam in locutione gubernare cupit, passiones & affectus componat.

Considera tertio, Tē qui linguam in eius laudem, qui tibi eam dedit, & in emolumentum animæ tuæ, proximorumque tuo

DE MORTIFICAT.

63

tuorum, ut par erat, uti debueras, eadē velut venenoso telo Deum sāpissimē offendisse, animam tuā sauciasse, proximōque tuo insigne damnum tot detractionib⁹, blasphemis ac periurijs attulisse.

*Consideratio nona, circa mortificationem
auditus.*

Considera primò; Qui iuxta sapientis consilium ita debueras sepiare spinis aures tuas, sicuti sepiuntur vineæ, ne feræ, vel latrones damaum eis infendant; tu contrà, ingenti animæ tuæ damnō, murmurationibus, lasciuījs, consilijsque, peruersis, & quidem innumeris, eas apperuisti; imò illos, quod peius est, quide his verba facerent, non raro prouocasti; studiisque loca huiusmodi audiendis opportuna quæsiuisti, tanta alacritate & auditate, ac si ab hoc errore, certo quodam modo, salus felicitasque tua penderet. Ergo ob tantam impudentiam tuam erubescere, simulque statue, te in posterum, insolētiām huius tui sensus repressum, & mortificaturum, auresque tuas consideratione atrocium illarum spinarū, quæ caput Domini Dei cinxerunt, circumsepturum.

Considera secundò; Quemadmodum ob exiguum aliquod foramen, aliquando magna,

64 DE MORTIFICAT.

magna nauis perditur , nisi tempestiuē nauta sollicitus , illud obturet , & aquas exhaustat : sic etiam ob leue quandoque verbum incautē auditum ; solet hostis noster , sēpē ingentem nobis machinari cladem ; nisi quām diligentissimē aures occludantur , vel nisi quis , si in admittendis ad aures huiusmodi dictis fuerit remissor , maiori postmodum sollicitudine admissas has pestes ex imaginatione ac memoria sua exterminet . Quæ quidem dama si probè intelligas ; exclamabis cum Propheta Dauid : Saluum me fac Deus , quoniam intrauerunt aquæ usque ad animā meam , infixus sum in limo profundi , & non est substantia .

Considera tertio ; sicut ciuitas non bēnē gubernatur , quæ sub portis , etiam pacis tempore , suas non habet excubias , quæque instantे iam bello , non solum has non auget , sed nec maiora tormenta hostium profligandorum gratia adhibet ; parti modo licet anima tua summa huius vietæ tranquillitate gauderet , semper tamen portam auditus tui deberes habere munitam custodia aliqua , ne quisquam contra legem & præcepta Domini Dei tui per eam ingredi posset in animam tuam Tempore autem obsidionis , quando videlicet iam ab inimicorum tuorum

exer-

DE MORTIFICAT.

65

exercitu inuaditur , & vndique obside-
tur, Deus bone , qualis tunc custodia erit
necessaria , præcipue vero ad portam au-
ditus , cæteris infirmiorem ; quot item
propugnacula sanctorum præparationum
& cautionum opponi deberent , nec
ulla pars quietis capienda esset , donec
edito in loco constitutum esset , tormentum
illud timoris Dei , quod tantum ede-
bat fragorem in auribus S. Hieronymi ,
vt diceret : Semper sonat in auribus meis illa
terribilis vox , surgite mortui , & venite ad iu-
dicium .

*Consideratio decima, circa mortificationem
sensus tactus.*

Considera primò , cum sensus tactus
nulli certæ corporis parti sit astrictus ,
vt alij sensus , sed sparsus & diffu-
sus per totum corpus , accidit , vt quo
latius diffunditur , eo maius hominibus
incautis & imprudis periculum & de-
trimentum afferat . Cumque similis sis
ciuitati , portis & muris destituta , quæ
hostium incursibus vndique patet ; curan-
dum tibi est , vt ab omni parte tui ipsius
custos sis sollicitus , rei ciendo quam citis-
simè omnem occasionem , quæ te ad la-
plum inducere posset .

Considera secundò , sicut ardentes
prunæ

66 DE MORTIFICAT.

prunæ tangi non possunt , quin vrant,
nec extinctæ etiam , quin aliquantulum
falcem etiam insificant : ita quoque ex ta-
ctu rerum viuarum aut morbidarum tā
in-te , quām in alijs personis , resultat
quoddam incentiu[m] , aut nescio quā
tū illatio affectus sensualis : vnde concur-
piscentiæ nostræ stupa inflammatur , aut
minimū[m] puritas mentis nostræ conta-
minatur , quod sapiens quodam in lo-
Prou. 6. co alijs verbis insinuare videtur , cūm
inquit ; Numquid potest homo abscondere
ignem in sinu suo , vt vestimenta eius nou-
Eccl. 13. ardeant ? Et alibi : Qui ietigerit picem , in-
quinabitur ab ea . Atque hac de causa san-
cti homines pro antidoto contra primum
incommodeum adhibere solebant contac-
tum rerum asperatum , & contactui
valde aduersantium , vt synt cilicia , ca-
tenæ ferreæ : Cauendi verò alterius incom-
modi causa , abstinebant prudenter à con-
tactu rerum , quantum poterant : Exem-
plu[m] erunt nobis SS. Benedictus & Fran-
ciscus : quorum alter nudum se in spi-
nas , alter in niuem abiecit . corpusque in
S. Pachò. illis & in hac circumuolutauit , D. verò
Reg. 53. Pachomius in regula sua sanxit ; Ut ma-
num alterius nemo teneat , & siue ambula-
uerit quis , siue sederit , aut steterit , vno
saltu[m] cubito distet ab altero . Cūm itaq; tu ,

DE MORTIFICAT. 67

non minus his remedijs & geas, quam san-
ctitate praestantes viri, qui ea usurparunt,
sibique ipsi adhibuerunt, usurpabis illa
& tu, eorumque beneficio victoriam de
hostibus referes; usurpabis, inquam, de-
bita tamen cum moderatione, quanquam,
ut S. Bonaventura, cum de Nouitiis in hac
materia loqueretur, ait: *Feruorem nouitio-
rum non decent quedam misericordes in se ipsis
discretiones.*

S. Bonau-
tent.in-
speculo.
discipl.
cap 4.

Considera tertio; primam mortifica-
tionem factam in hoc mundo, fuisse ta-
ctus, quando scilicet Adam post peccatum
nuditatem suam non alijs voluit tegere
folijs, quam sicut necis, ut eorum asperita-
te, quasi naturali quodam cilicio, hunc
sensum tactus in se ipso mortificaret. Tu
ergo cum eiusdem sis peccati particeps in
Adamo; imitaberis illum etiam in pœ-
na; tanto maiori asperitate sensum tactus
in te ipso mortificans, quanto peccata tua
numero saltem fuerunt plura & grauiora;
quam quæ ipse commisit Adam in Para-
diso terrestri.

Consideratio undecima, circa Mortificatio-
nem Odoratus.

Considera usum odorum, si in cultum
& honorem Dei tendat, ut rem san-
ctissimam in lege diuina comen-
dari,

68 DE MORTIFICAT.

dari, concedi etiam ac permitti, in remedium alicuius nostri infirmitatis. Si autem ad solum olfactus sensum, siue nostrum siue alienum, pascendum & oblectandum usurpetur; ordinariè non erit sine culpa aliqua, cum nullius virtutis actus sit, neque etiam siue alicuius virtutis respiciat; quæ culpa sine dubio tanto erit grauior, quanto finis huius erit usus perniciosior.

Considera secundò: Quemadmodum canis inuestigando feram, ductus odore vestigiorum eius, huc illucque cursitando non quiescit, donec feram apprehendat & teneat ynguis: Sic & tu tractus odore creaturarum, quæ veluti certa Domini tui sunt vestigia, sèpè te ad ipsius cognitionem & amorem ita eleuare deberes, ut vitæ, diuinæque ipsius perfectionis fragrantia motus, nunquam quietem caperes, præ desiderio illius in celo perfuēdi. Considerans vero, quām frequenter sensus huius tui insatiabilem impetum secutus, instar corui ad scotorem cadaverum huius mundi aduoláris, qui ad verum Noë, à quo vitam & omne bonum accepisti, velut altera columba; redire debueras, dolorem in te competentem excitatibis.

Considera tertio: Simulatque Isaac patrias-

DE MORTIFICAT.

69

patriarcha vestimentorum filij sui Iacob
fragrantiam sensit, benedicens illi dixit:
*Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui
benedixit Dominus; de tibi Deus de rore cœli,
& de pinguedine terræ abundantiam frumenti,
vini & olei; seruant tibi populi; & adorent te
tribus, & incuruentur ante te filii matris tue:*
ita planè tu quoque ex odore vestimento-
rum huius mundi, ut arborum plantarū,
florumq; pulcherrimorum, quibus orna-
tur campi, & colles amoenissimè vestiun-
tur, deberes sàpè sumere occasionem lau-
dandi ac benedicendi Dominum dicens
cum Patriarcha Isaac: *Seruant tibi populi,*
& adorent te tribus, & incuruentur ante te,
filii matris tue, & qui benedixit te, benedi-
cionibus repleatur. Seruant, inquam, tibi
amabilissimè Domine, omnes Angelorū
chori in cœlis, quod & perfectissima fa-
ciūt voluntate: & adoret te in terra omnis
gēs, & tribus, & populus qui sub cœlo est,
prę aliis tamē sanctissimæ Matris tuę Ma-
rię deuoti filij, incuruentur ante conspe-
cțū diuinæ Maiestatis tuæ, maximo amo-
ris affectu te laudent ac benedicant, dum
perpendūt donorum magnitudinem, qui-
bis dulcissimam tuam & nostram matrem
cumulasti. Atque hinc fiet, ut quemadmo-
dum suauissima spirante aura horti flori-
feri florum suorum fragrantiam latè &

fusq;

Gen. 27.

70 DE MORTIFICAT.

fusè spargunt: sic resonantibus vndique
Mariæ dulcissimis laudibus, ipsa velut a-
mœnissimus hortus benedictionis & fa-
uoris sui in nos diffundat odorem; sic per-
ficietur in nobis id, quod Patriarcha Isaac
alio fine dixit. Qui benedixerit te, benedictio-
nibus repleatur.

CAPUT VII.

Quomodo ad praxin reducenda sit Mortifica-
tio, ut victoriam de potentijs ac pa-
sionibus nostris refera-
mur.

Si perpetua militia est vita hominis su-
per terram, ut Iob affirmat, ipsum cer-
te viuere nostrum nil aliud erit, quam
militare perpetuò. Quod & Seneca Philo-
sophus ad Lucilium scribens intellexit. *Vi-
vere mihi Lucili, inquit, militare est.* Neque a-
lius siuis in hac generali militia nobis pro-
positus est, quam ut defendamus ciuitatem
animæ nostre ab insultibus & insidijs triū
illorum capitalium inimicorum, qui assi-
diue nos impugnant, mundi videlicet, cat-
esis & diaboli, efficiamusque ut legitimis
Dominis, Deo & Rationi, suum constet in
sensus nostros, potentiasque imperium
pacifice & absoluē, compresso omni tu-
multu; qui forsitan ab illis cieri posset. Inter
arma autem, quorū aliquis ysus est in hac

-com-

DE MORTIFICAT.

71

communi militia, Mortificatio præcipuum locum tenet, quam Dominus noster à militibus suis sub titulo abnegationis & crucifixionis requirit, cū dicit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, &c.*

Matt. 16

Operæ pretium igitur erit in hoc capite proponere conditiones huius militiae, quā aduersus nos ipsos interuentu mortificationis suscipere debemus, ut intelligamus, quo modo etiā expugnata aliqua passione de nobis ipsis triumphū instituere possumus. Quoniam yēdō ex modo pugnandi, quē milites communiter in militia obseruant, facile sumere & accipere possumus spiritualis nostræ militiae formam & modum, quandoquidem, ut affirmat B. Iustiniānus: *Quod in corporali certamine, hoc in fin. de spirituali sepiissimè euenire contingit, multum conflict.* proderit, si in specie consideremus modos, quibus ciuitas aliqua, aut aliis locis cap. 3. munitus oppugnari solet, quorum visitatores sex esse video. Primo, obsidetur vībs arctissimè. Secundo, frequentibus impressionibus inuaditur. Tertio, diuertuntur vites alio. Quartio, verberantur muri tormentis. Quinto, aguntur cuniculi. Sexto & ultimō omnis armorum, munitionum, aut commeatus facultas & copia impecditur.

Laur. 14

conflict.

interiori

ditur, ne quidquam horum vrbi inferatur,
vt hoc modo deficientibus viribus resi-
stendi, paulatim debilitentur obsecsti, &
tandem sese dedere cogantur.

Eadem planè ratione licet nobis in
hac nostra mortificationis militia, oppu-
gnando & expugnando castrum aliquod
nostrarū passionum aut potētiarum, pro-
cedere ad similitudinem prædictorum sex-
modorum. Exempli gratia, in mortifica-
tione iræ.

Iuxta primum modum nos geremus,
more obsidentium, restringendo videlicet
iram imperio & vi rationis tam arctè, vt
etiamsi data aliqua occasione prouocetur,
non possit erumpere, sed continere se
debeat tamquam obsecsta & arctè constri-
cta intra terminos rationis. Quod si hoc
pugnæ genus, assiduo vsuteras, efficie-
mus, vt quemadmodum auicula caueæ
inclusa, quamuis primò vehementer resi-
stet, magnumque excitet strepitum, pau-
latim tamen assuefacta quiescit, ita vt ali-
quando, aperiā caueā, id vel non aduertat,
vel si aduertat, euolare nolit: Sic ira licet
fræno compressa, initio perstrepit & om-
nia turbare videatur, progressu tamen tem-
poris condocefit, seque ipsam intra ratio-
nis limites continet.

Hoc pugnandi genere usum, credibile
est,

DE MORTIFICAT.

73

est, magnum illum Ioannem, qui, ut de eo
narrat Cassianus, cum in eterno veneran-
dum quendam senem Pæsilium nomine, a-
micum suum invisiſſet, quæſiſſetque ab
eo, quem fructum his quadraginta annis,
quibus se mutuo non viderant, feciſſet; &
alter respondiſſet: *Namquam me vidit sol*
reſicientem. Subiunxit Abbas Ioannes: *Nec*
me iratum. Vbi obſerua, non dixiſſe, ſe non
ſuiſſe iratum; ſed ſe non viſum eſſe iratum: ut
intelligamus, quod licet interdum ſenſe-
rit aliquem motum iræ, refraenauerit ta-
men, atque ita obſidione preſſerit, ut nun-
quam signo aliquo, puta verbo aut gemitu-
foras eruperit.

Cass. lib.

I. Inſtit.

Cap. 27.

Secundo pugnandi genere mortifica-
tur & vincitur ira per modum inuafionis,
quando frequentibus mansuetudinis acti-
bus iræ contrarijs, omnis ille nimius ardor
iræ retunditur. Quia ſicut omne ſimile per
ſuū ſimile coſeruatur, & per contrariū cor-
rūpitur, ita cū vitiū iræ per proprios ſuos
actus crebrò iteratos, ſit genitum & con-
ſeruatum; per contrarios item mansuetu-
dinis actus exterminandum & proſligan-
dum erit. Et quia amor & regnum nō patiuntur
conſortem, ut inquit quidā Philosophus,
præſertim quando alter alteri eſt contra-
rius, ideo & virtus mansuetudinis, ſi in a-
nimā noſtra regnare cœperit, nō patietur
iram

D

74 DE MORTIFICAT.

iram consortem, sed confestim eam tan-
quam sibi aduersam eiiciet.

Tertio pugnandi genere, id est, auer-
tendo vires aliorum; expugnatur irae passio, si
diuertendo eius impetum aliorum, cu-
remus, ut quem ardorem contra alium
hominem, eiusve res gestas conceperat,
cum aduersus nos ipsos & propria nostra
scelerata euomat. Atque ita, magno nostro
merito, vtemur iisdem armis, que in alium
usum conuersa, nobis, aliisque magnam
minabantur ruinam. Et quemadmodum
Daud, eodem gladio Philistæo caput ab-
stulit, quo ille venerat contra se armatus,
atque inde victoriam suam effecit multò
illustriorem; ita nos impetu illo iræ, quem
antea in alios conceperamus, ubi in pro-
pria malefacta irruerimus, multò facilius
contra ferocem hunc Gigantem hostem-
que nostrum acerrimum triumphabimus.

Quarto pugnandi modo mortifica-
tur ira, diuerberando murum carnis no-
træ, quo anima nostra cincta est, discipli-
nis, ieuniis, ciliciis, &c. hinc namque pau-
latim ira, viribus amissis, debilitatur. Ha-
bet enim hec passio, ut & aliæ, domicilium
& nutrimentum in carne, qua debilitata,
huiusmodique verberationibus fracta
debilitabitur & frangetur quoque iræ im-
petus, promptiusque rationis imperium
sub-

DE MORTIFICAT.

75

Tubibit. Et hoc genere pugnæ superauit Magnus ille Benedictus vehementem carnis commotionem, qua infestabatur, quando se nudum in vespes induit, corporisque sui plagiæ animæ suæ vulnera curauit, & vi doloris extinxit stimulum ardoris sensuialis, quem sentiebat, de quo ita S. Gregorius: *Per cutis vulnera eduxit è corpore vulnus mentis, quia voluntate traxit in dolorē.*

S. Gregor.
lib. 2. Di-
alog. c. 2.

Quinto modo vincitur ira, injecto per cunctulos igne, id est, quando inflammata superiori animæ nostræ parte, interno spiritus ardore, per frequentem orationem (ut Dauid faciebat cum diceret: *In meditacione mea ex ardeat ignis*) statim etiam pars inferior sensus, cum pulsionibus & affectibus suis incipit languescere; quia, ubi abest charitas, inquit B. Laurentius Iustinianus, *Iustinian.* ibi carnis dominatur perniciosa libido & pau- li. de con-
- lò post: *Corruscante anima charitatis incendio, flet. inten-*
- omnis ab ea caligo voluptatis abigitur.* Et *rioric. 3.*

quemadmodum mare plerumq; mouetur ad motum venti, quo afflatur, ita in nobis singulis quasi momētis, experimur secundūm minorem, aut maiorem gradūm affectus nostri spirit⁹ crescere, aut deficere vim vincendi & dominandi affectibus carnis. Hinc de quibusdam Sanctis memoriae proditum est, eos, dum in superiori parte animæ, ingenti spiritus dulcedine

Psal. 38

D 2

inflam-

76 DE MORTIFICAT.

inflammati essent, factos esse in inferiori parte sensus, quasi sensus expertes, ut de S. Francisco, S. Catharina Senensi, alijsque multis historiæ testantur.

Sexto denique & ultimo modo mortificatur ac vincitur hæc passio; si vigilante apponamus custodiam ad portas sensuum nostrorum, curemusque, ne submittantur ab aliqua re commotionis aut indignationis subsidia; quibus vcluti commeatu nutriti, & in nos vires resumere ira solet. *Creaturae enim Dei (dicit Scriptura) in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum.* Idcirco, sicuti concupiscentia nostra obiectu rerum iucundarum mouetur & acceditur, ita ira ab obiectis irritare consuetis fomenta & vires flamarum accipit. Vnde si hæc amoueantur obiecta, nutrimenta pariter tolluntur, & vigor omnis euanescit. Quemadmodum enim fieri nō potest, ut ciuitas illa diu defendatur, quæ commeatus inopia laborat; Sic deficientibus iræ fomentis & irritamentis, dedere se rationi cogitur, & istis quidem conditiōnibus, quas iusta & fortunata gubernatio animæ, statusque tranquillus exigunt. Et quamuis à Cassiano verissimè sit scriptū: *Radices vitiorū potius excindi oportere quam fructus, qui procul dubio cauifibus, ne-*

*Cass lib.
8. Instit.
cap. 19.*

qua-

77 DE MORTIFICAT.

quaquam ulterius pullulabunt: nihilominus tamen multum iuuat ad extirpandas etiam radices, prædictis alijsque modis debilitare & infringere vites iræ, aliarumque passionum inordinatarum, hac enim ratione, debilitatâ illâ, facilius erit eam ex animis nostris radicibus euellere.

Quolibet ergo ex prædictis sex pugnandi generibus, pluribusque alijs licebit, gratia Dei adiuuante, decertare, non solum aduersus iram, sed etiam aduersus quamlibet passionem & vehementiam potentiarum nostrarum, gloriosamque inde consequi victoriam. Restat ergo, ut alacri animo ac debita cum prudentia & moderatione, hæc arma tam salutifera arripamus, ijsque egregium hoc spiritualis militiae studium proficiamur, ista animi inductione & magnitudine, qua David generosus ille miles prædictus erat, cum diceret: Persequar inimicos meos; & comprehendam illos, non conuertar, donec deficiant. *psal 17.*

CAPUT VIII.

De quatuor exercitijs tamquam instrumentis
Mortificationis, Renunciationis, Abnegationis,
Resignationis, & Indifferencie,
tie, & primùm de Re-
nunciatione.

78 DE MORTIFICAT.

Si quis in silvestri campo, vepribus & spinis obsito, viridatium domesticum plantare vellet: primò omnium spinas & vepres omnes euellere deberet: Ita plantaturus in anima sua hortum virtutum Christianarum, si non inanem operam sumere velit, spinas & tribulos inordinatorum affectuum, passionemque prius euellat necesse est. Et quemadmodum hac ipsa de causa in transmutationibus naturalibus, generatio unius est corruptio alterius; & in mutationibus mortalibus, dispositio perficiens, supponit ordinariè remotionem suorum contrariorum: ita sit in generatione hominis spiritualis, quem semper carnalis hominis destructio præcedere debet; & ad ipsam hominis spiritualis perfectionem acquirendam, supponenda necessariò est, remotione imperfectionum & impedimentorum, quæ illi perfectioni aduersantur.

Ad hunc itaque finem, remouendi scilicet à nobis hæc impedimenta, quatuor exercitia tamquam instrumenta Mortificationis requiruntur; Renunciationis videlicet, Abnegationis, Resignationis & Indifferentiæ. Vt autem hæc materia plenius intelligatur opera pretium esse existimauimus, de singulis in specie ac distinctione differere, atque in mediū adferre, quid
de ijs,

DE MORTIFICAT. 79

de ijs ex grauim auctorum sententia sen-
tiendum sit, Et vt à Renunciatone incipia-
mus, dicemus primò , de duobus generi-
bus Renunciationis . Secundò , quæ sit
vera & præcisa Renunciatio , distincta ab
alijs tribus , quas diximus , exercitationi-
bus. Tertiò , demonstrabimus non suffice-
re, vt homo in principio sùæ conuersionis
hanc resignationem suscipiat , sed re-
quiri vt toto vitæ sùæ decursu constanter
in illa perseueret.

Renunciatio igitur , vel , vt alijs vocant,
Abrenunciatio varias notiones habet apud
auctores , qui de ipsa scribunt. Saepè enim
latissimè accipitur pro omnium rerum
terrenarum perfecta abdicatione animi ,
cū absoluta depēdentia in omnib⁹ nostris
actionibus & desiderijs à sola Dei volun-
tate , eorumq; qui nos loco Dei gubernat̄.
Hac significatione comprehendit Renunci-
atio sub se Abnēgationē , Resignationē ,
& Indifferentiam , appellaturq; à Ioanne
Cassiano & Climacho Nuditas , aliquando
Vacuitas , aliquando Peregrinatio . Sanctus *S. Basili.*
item Basilius , postquā multis verbis & cir-
cumstatijs descripsisset latè sumptam hāc *Reg. fusi-*
us dispe.
Renunciationem ; tandem concludit : *Quod cap. 8.*
fit traductio cordis humani ad conuersationem
cælestem , vt dicere queamus . Nostra cōuersatio
in celis est . Et postquā posuisset illa , quoru-
m⁹ debet

30 DE MORTIFICAT.

debet fieri Renunciatio , tandem addit,
hominē verè dici posse, tunc demū hanc
fecisse Renunciationem, cum eò peruen-
tit. *vt totus mundus ei crucifixus sit, & ipse*
mundo.

Cass. lib.

4. Instit.

cap. 34.

Cass. col.

bat. 3.

Climac.

de castit.

grad. 15.

Cassianus quoque hanc Renunciatio-
nem, Nihil aliud esse dicit, quam crucis &
Mortificationis indicium. Quam sententiam
cū latius explicasset, sub persona Abbatis
Pynuphij, tandem capite sequenti his ver-
bis rem concludit: *Sicut ergo crucifixus quis*
iam non pro animi sui motu, membra sua quo-
quam mouendi & conuertendi habet potestatē,
ita & nos voluntates nostras ac desideria nos
secundum id, quod nobis suave est ac delectat
ad præsens, sed secundum legem Domini, quæ
nos illa confrinxerit, applicare debemus. Hæc
ille. Idem Abbas alibi tres species Renun-
ciationis huius statuit, primamque dicit
esse; *Qua corporaliter vniuersas mundi diuinit-*
as, facultatesque contemnimus. Secundam.
Qua mores, vitia, affectusque pristinos animi
carnisque respuimus. Tertiam. Qua mentem
nostram de presentibus vniuersis ac visibilibus
euocantes, futura tantummodo contemplamur.

Climachus item tractans de hac Renun-
ciatione ita loquitur: *Ab renunciatione*
quidem doctissimi viri pulchre definit.
Nunt quippe, illam inimicitiam esse aduersus
corpus, & aduersus quandam concupiscentiam
inexo-

DE MORTIFICAT. 81

inexorable bellum. Idem alibi eisdem fere gradus constituit Renunciationis, quos Cassianus supra, cum inquit: Nemo in cælestem thalamum coronatus ingreditur, nisi quis primam & secundam & tertiam Abrenunciationem impluerit; ut scilicet primò abrenunciet rebus omnibus, hominibus & parentibus. Secundò, voluntati propriæ. Tertiò, inani gloria.

Sed relicta hac Renunciatione, quæ sua latitudine Abnegationem, Resignationem & Indifferenticam comprehendit, & tria hæc exercitamenta, de quorum singulis sancti viri distinctam faciunt mentionem, omnino confundit; agemus de altera Renunciatione speciali, quæ ab Abnegatione, Resignatione, & Indifferetia distinguitur, primumque loco ponitur, tanquam ea à qua principium ducendum est, si quis ad Abnegationem, Resignationem & Indifferenticam peruenire velit, ut infra perspicuū erit.

Renunciatione ergo deriuatur à verbo *Renunciare*, quod propriè loquendo, nihil aliud est, quam nuncium rebus externis remittere. Hinc Renunciatione vi suæ propriæ significationis, non se latias extendit, quam ad abdicationem, & fugam honorū temporalium, qualia sunt diuitiae, parētes, patria, honores & alia huiusmodi exteriora. Quare S. Basilius tractatus in Regulis

§2 DE MORTIFICAT.

hiis de Renunciatione, capiti aut regulæ illi ponit titulum huic significationi conformē in hunc modū; *De nuncio rebus huius vite remittēdo.* Ex quo colligim⁹, quod cū duplicitia sint impedimenta nostræ perfectionis, alia interna, vt sunt propriæ nostræ passiones & affectus inordinati: alia externa, vt parentes, amici, opes, patria & similia: Renunciatio, vt h̄c sumitur, nos tantum ab externis impedimentis rerum externalium liberet; ita vt talibus mundi inuolucris liberatus homo, nudus nudum Christum sequatur. Idcirco B. Climachus describens hanc renunciationem sub no-

Climac. mine Peregrinationis, sic ait: *Peregrina grad. 3. de tio est omniū, quæ sunt in patria constantissima peregrin. desertio, quibus à pietatis destinatione atque Cass. col.*

exercitatione impedimur. Cassianus item 3. cap. 7. eadem de causa appellat eam corporalem S. Bas. re & localem abrenunciationem. Et S. Basilus gul. fus. vult, omnimodam Renunciationem (de disp. c. 8. qua in principio huius capituli egimus) suam habere originem ab hac alienatione bonorum externalium. *Huius commodi Re*

nunciatio, inquit ille, initium sumit ab aliena- Cass. lib. 4 zione rerum externalium. Et Cassianus, de cō- Institut. punctione cordis, inquit, procedit *Abrenuncia- cap. vlt. & contemptus omnium facultatum.* Quapropter experientia constat primum effec-

tuum, quem diuina vocatio & cordis cō- punctio.

DE MORTIFICAT. 83

punctio in homine efficit, esse nauseam, quandam & horrorem omnium rerum terrenarum: Vnde postmodum nascitur Renunciatio & abdicatio earum, vt Cassianus significat, cum de timore Dei ait: *Qui cum penetrauerit hominis mentem, contemptum ei omnium rerum parit, obliuionem parentum, mundique ipsius gignit horrem.*

Decipiuntur proinde & grauissimè errant, qui putant hoc genus Renunciationis, cùm sit tantum rerum externarum, esse parui momenti, cum tamen, vt multi sanctitate præstantes viri, & præcipue Cassianus, affirmant, à priscis illis patribus, & vitæ Religiosæ Magistris, tanti semper fuerit aestimatum, vt non prius aliquem in suū ordinem ascierint, quām absolutam fecisset Renunciationem omnium bonorum externalorum, neque hac contenti, summa insuper diligentia inquirebant, num de prioribus suis facultatibus sibi vel minimum obulum reseruasset. Ita enim Cassianus: *Summa diligentia perquiritur, num de pristinis facultatibus suis, inhaeserit ei vel unus numeri contagio.* Affertque hanc rationem: *Sciunt enim, inquit, eum sub monasterij disciplina diuturnam esse non posse, si in conscientia eius pecunie quantulcumque laetuerit.* Quod quidem nemini mirum

D. 6.

videtur.

Cass. li. 4.
de Iustito
cap. 39.

84. DE MORTIFICAT.

videri debet; quemadmodū enim hēdera,
quæ arbori adhæret, et si illam ornare, &
à multis iniurijs tutari videatur, re ipsa
tamē eneuat, paulatimq; consumit, attrahendo
ad se magnam partē nutrimenti &
succī, quæ illi ad sui conseruationem, fructusque
proferendos erat necessaria. Ita
quamdiu homo terrena hæc possidet; lice-
ip̄i commodum aliquod allatura, ac mul-
ta etiam incommoda propulsatura vide-
antur, detrimento tamen sunt maximo:na-
fieri non potest, vt sine sollicitudine con-
seruentur, quæ sollicitudo, deficiente in
homine Religioso, primo spiritus feru-
ore, crescit vt plurimū in animo illius, adeò
vt totam aut magnam partem illius, vigo-
ris ad se rapiat, qui ad conseruationem &
fructificationem in diuino seruitio erat
necessarius.

Ex quo postea sequitur, vt successu
temporis ipse vel omnino pereat in Reli-
gione, aut si in ea manet, siāt tanquam li-
gnum aridum cum exigua, aut ferè nul-
la luce & gustu serum diuinarum. Quia,
Basil. reg. fūs. disp. cap. 8. vt bene dicit S. Basilius: *Quandounque vel*
pecunia, vel aliquid istiusmodi, quod ad fragi-
les & caducas diuitias pertinet, nobis reserua-
mus, necesse est in his, mente nostram, veluti in
cœno quodā consepuliæ esse, & animo ad rerum
diuinarū contemplationem adiutio p̄cludi-

eunt.

etumque ita iacere, ut de celestibus ac promissis
a Deo bonis, cogitare non possemus. Quod si ad ad-
quirendam rerum naturalium cognitionem, philosophi plerique judicarunt homi-
nem ab huiusmodi retum temporalium
tricis debere esse expeditum; ipsique philo-
sophi haec de causa vitam in summa ege-
state traduxerunt: quid seruo Dei facien-
dum erit, ut ad huius tam præstantis Phi-
losophiae cognitionem perveniat, quæ
in vera cognitione & imitatione Dei con-
sistit? ad quam D. Paulus aspirans dicebat: Philip. 3.
Existimo omnia detrimentum esse propter e-
minentem scientiam Iesu Christi.

Hæc est igitur illa Renuunciatio, quam
scriptura sacra nobis præsignificauit in
Abrahamo Patriarcha, quando ille, man- *Genes. 12.*
dato Dei, egressus de terra & cognatione
sua, & domo patris sui, venit in terram,
quam Deus ipsi monstrauerat. Hanc no-
bis adumbrauit Helias, cum ab Helia *3. Reg. 19.*
vocatus, relieta patria & parentibus, pa-
riique bōum (nec enim aliud possidebat)
mactato, mox ipsum cœpit sequi, eiisque
ministrare. Eandem opere præstiterunt
Apostoli, cum unica Christi voce audita,
continuò, relictis rebus, secuti sunt
eum. Hoc ipsum consilium dedit Salua- *Matt. 19.*
tor iuueni querenti, quid sibi faciendum
esset, ut saluus fieret; Præscripto enim

86 DE MORTIFICAT.

prius documento de præceptorum obseruatione, subdidit; *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me* Dénique Saluator ad discipulos suos non semel de hac Renunciatione verba fecit. Quin & hæc verba

Luce 14.

adiecit. *Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ posset, non potest meus esse discipulus.* Et hic est primus gradus, quem facere debet, quicunque serio Christum Dominum sequi in religioso statu cupit.

ut expresse S. Basilius indicat, cum ait: *Monachum oportet cum primis nihil in vita, quod iuris sui proprium sit, possidere.* Climatus item, cum ultimum caput sui libri ita concludit: *Initium est terrenorum omnium ab renunciationis vero charitatis, Deo.*

*Basil.ser.
de cultu
piet. &
vitæ Mo-
nastic.*

*Clim.cap.
vli. totius
libri.*

Illud autem obseruandum est non sufficere ad hoc, ut Religiosus finem sui status consequatur, exuere se semel tantum in principio conuersionis, omnibus istis bonis externis renunciatione prædicta, sed requiri ad satisfaciendum obligacioni professionis, ut totâ vitâ perficiat in hac renunciatione, & fuga perpetua horum bonorum, ut clarè Cassianus affirmat, cum inductâ personâ Abbatis Abrahami ait: *Parum est renunciasse Monachum semel, id est, in primordio conuersionis sue contempisse presentia, nisi us quotidie renuncia-*

*Cassianus
collat. 24.
cap. 2.*

reperi-

DE MORTIFICAT.

87

reperstiterit. Hocque ab antiquis illis Patribus Scithi & Thebaidis tota vita tam accurate fuisse obseruatum; ut ne verbo quidem, inquit, audeat quis dicere aliquid suum, magnumque sit crimen, ex ore Monachi processisse; Codicem meum, tabulas meas, tunicam meam. Et sanctus Basilius in eadem sententiam dicit: *Hec verba meum & tuum in uniuersum à fratribus usurpari ratio vetat.*

Et certè maximæ infelicitatis, & misericordiae argumentum est, videre hominem, qui semel omnibus bonis temporalibus Christi causâ nuncium remisit, quibusdā rebus leuiusculis adhærere, quæ quamvis parui sint momenti; magni tamen & irreparabili damni causa esse solent, cum ea præsertim pace ac spiritus libertate priuent, quæ ad veram solidamque devotionem comparandam necessariò requiritur: *Non nisi ex multa amentia prouenit,* Doroth. (inquit Dorotheus) *ut qui pretiosas ac magnas res reliquimus, ob minimas plurimum perturbemur.* Vnde magnus ille Abbas Pynphius, alloquens quendam nouitium apud Cassianum, exclamans dicit; *caue fili, ne quid aliquando eorum resumas, quæ renuncians abiecisti.* & contra Domini interdictum, de agro Euangelice operacionis reuersus, inueniaris tunica, qua te spoliauer.

Cass.li.4.
Institut.
cap.36.

33 DE MORTIFICAT.

liaueras, reuestiri. Nam sicut Climachus testit: *Nudus Monachus mundi totius est Dominus*, ita terrenarum rerum affectibus reuestitus, sic sui ipsius; earumque rerum, quas ambit, seruus & mancipium vilissimum, & quod hinc sequitur, indignus nomine setui Dei.

Neque in eo sibi quiescendum putabant illi Religiosi, quod semel parentibus in seculo valedixissent; Sed & in Religione, scilicet ab eorum praesentia, quantum poterant, alienabant, ob damnum videbant, quod ex illorum congressu familiarisibi impendere intelligebant. Hinc interrogatus Abraham Abbas, numerum parentum vicinitas Religiosis possit nocere; respondit; tunc ijs minimè nocturam, cum eo usque in Mortificatione processerint, quo Abbas Apollo peruererat, de quo factum huiusmodi narratur: cum ad eum germanus suus intempesta nocte venisset, implorans ut de monasterio suo paulisper egressus, ad euellendum bouem, quem ceno palustri eminus inherere fribiliter querebatur, ei esset auxilio, quia eum solus ne aquam posset eruere; Abbas Apollo pertinaciter obsecranti, cur, ait, iuniorum fratrem nostrum, quem preteriens, propiorem quam me habueras, non rogaisti?

Cass. col.
lat. 24.
cap. 9.

Erat autem minor frater mortuus ante annos

annos quatuordecim. Miratus ille fratris responsum, & existimans cum ex nimia abalienatione à rebus huius vitæ, fratris sui demortui non amplius recordari, ait: An nescis fratrem nostrum ante annos quindecim obiisse? Cui Abbas: Ignoras ergo me quoq; ante annos viginti huic mundo fuisse defunctum, nullaq; iam posse de huius Cellæ sepulchro, que ad præsentis vitæ statum pertinent, ibi conferre solatias?

Quoniam ergo paucissimi reperiuntur Religiosi, qui ad hunc Mortificationis statum & abalienationis ab amore parentum peruererint, quē Abbas Apollo monstravit; paucissimis, aut, vt rectius dicam, nulli cohabitatio vel mora cum parētibus diuturnior tuta fuit; quod si necesse esset, multis eorum exemplis, quib; parentum conuictus malè cessit; testis oculatus confirmare possem. Merito igitur Climac. machus monet: Ut qui à seculo peregrinatur, mundum iam nullatenus attingant. Solent grad. 3. de peregrin. enim, inquit, diu sopia vita facillimè reuiniscere. Idecirco Abbas Abrahām sapienter iudicabat, parentum propinquitatem esse communiter Religiosis nondū omnino mundo mortuis, perniciosa. Hinc antiqui illi Pàtres, omnis vitæ Religiosa veluti specula quædam clatissima, nō modo pro virili curabant, ne ipsis adessent paren-

90 DE MORTIFICAT.

parentibus præsentes, sed nec eorum quidem recordabantur, nisi solùm quando ipsos iuxta charitatis regulam Domino cōmendabant. Cui rei confirmandæ Cassianus exemplum narrat de quodam sui temporis Religioso; Qui, cum post annos quin decim, patris ac matris, amicorumq; multorum, de prouincia Ponti complures epistole delatae faissent, accipiens grandem fasciculum literarum, diuq; apud semetipsum voluēs; Quantarū, inquit, cogitationum causa erit mihi harum letatio, que me vel ad inane gaudium, vel ad tristias infiictuosas impellent? quot diebus eorum recordatione qui scriperint, intentionem pectoris mei à proposita contemplatione resuocabunt? Post quantum temporis dirigēda est hæc mentis concepta confusio, quantoque labore rursus iste tranquillitatis reparandus est statutus, si semel animus literarum permotus afflu, eorumque recensendo sermones ac vultus, quos tanto tempore dereliquit, iterum eos reuisere, ipsisque cohabitare & animo ac mente cœperit interesse? Quos profectò corporaliter deseruisse nil proderit, si corde eos incipiatur intueri, ac memoriam, quam seculo huic renuncians quisque velut mortuus abdicavit, reuiuscens eandem rursus admiserit. Hæc voluens in corde suo, nō solā nullam resoluere epistolam definiuit, sed nec ipsum quidens

fasci-

DE MORTIFICAT.

91

fasciculum resignare; ne scilicet eorum, qui
scriperant vel nomina recensendo, vel vultus
recordando à spiritu sui intentione cessaret. Ita-
que ut eum constrictum suscepereat, igni tradi-
dit comburendum. Ite, inquit, cogitationes pa-
triæ pariter concremamini, ne me ulterius ad
illa, quæ fugi, revocare tentetis. Hæc ille.

Atque utinam huiusmodi occasioni-
bus conuersandi cum parentibus, non
experiemur, magno nostro damno, ea-
dem hæc, aut grauiora etiam incommo-
da, quæ in quæ Religiosus ille sibi time-
bat. Nos tamen, nescio quo humano
respectu ducti, dissimulamus hoc damnum
nonnunquam toto vitæ nostræ spatio,
semper in hoc errore versantes; imò ve-
rò, quod magis adhuc deslendum est,
nulla saepè necessitate compulsi, sub
pietatis velo, cupimus parētibus opitulari
aut saltem cum ipsis agere, ne aliqua eos
afficiamus molestia; minimè interim per-
pendentes, quod dicit Climachus: Utilius
esse parentes mœrore afficere, quam Deum,
Bernardus verbis adhuc multò grauiori-
bus, Serui Dei, inquit, qui parentum suo
rum utilitatem procurant, à Dei amore se se-
parant. Quæ cùm ita sint, serio tādem in a-
nimū inducamus, ab illorum nos consor-
tio, quantum fieri potest, alienare, & om-
nē erga ipsos affectum exuere nō aliter at-

Clim. de
peregrin.
grad. 3.
Bern. ser.
7. de con-
uerzione
ad sororē.

que

B. fil. in que erga vita functi os, ut S. Basilius scribat
 Conſtit. ad Religiosos hortatur; cum ait; Apropin-
 Monast. quis, amicus, parentibusque animi affectione nos
 cap. 20. tam longe oportet esse difunctos, quam longe
 eos, qui iam sunt vita defuncti, à viuis videm
 distare.

CAPUT IX.

De Abnegatione sui ipsius in genere.

Postquam Dei seruus, Renunciationis
 Pope, ab externis perfectionis impedi-
 mentis, liber effectus est; eo quo dixi-
 mus modo, restat, ut interna, appetitus vi-
 delicet carnis, prauosque animi effectus,
 aggrediatur. Quæ quidem impedimenta,
 quo nobis magis sunt interna, & altius in
 natura inhærent; eò maioribus pollent vi-
 tribus retardandi nos ab incepto spiritua-
 lis perfectionis cursu. Maiori igitur con-
 tentione animi, conatu ac efficacia opus
 est, si quidem ab eorum tyrannie liberari
 cupiamus. Huic fioi propriè seruiunt tria
 reliqua instrumenta, Abnegationis scili-
 cet, Resignationis, & Indifferetiae de quo-
 rum singulis, suo loco, Deo duce, disser-
 emus:

De Abnegatione igitur, de qua hoc ca-
 pite agendum est, duo potissimum expo-
 nemus: Primo; quid sit Abnegatio secun-
 dum Etymologiam nominis, propriamq;
 suam.

DE MORTIFICAT.

93
suam essentiam. Secundo, quām necessaria-
tius atque vtilis sit cuius seruo Dei assi-
duus illius vsus: Et vt à primo incipiamus,
Abnegatio, vt per se liquet, deducitur à
verbo *abnegare*, quod est denegare alicuius
petitionem; quæ significatio in illum effe-
ctum optimè conuenit, cuius abnegatio-
nis exercitatio causa est, quia vi hui⁹ Ab-
negationis negamus carnis nostræ appeti-
tui, affectibusque inordinatis, id quod cō-
tra rectam rationem exposcunt, eo planè
modo, quo furiosis obsequi renuimus, cū
gladium, aut aliquid aliud damnosum pe-
tunt. Vnde illud, *Abnegare seipsum*; quod
Christus à discipulis exigebat; cū diceret:
Qui vult venire post me, abnegat semetipsum;
nihil aliud significat, quām vt homo cum
ratione neget sibi iphi, quod sine ratione
contra se à cupiditatibus sensuum & car-
nis postulatur. Adhunc mōdum S. Ber-
nardus exponēs, quid sit abnegare scipsū,
dicit: *Quid est semetipsum abnegare, nisi volu-*
ptatibus proprijs renunciare? S. Basilus item
describens hanc sui ipsius abnegationem.
Nihil est, inquit, aliud sui ipsius Abnegatio, nisi
summa rerum omnium vitæ superioris obliuio
atque à suis ipsis voluntatibus recessio. Quasi
diceret; Abnegationis proprium munus
est, delere ex mente nostra, affectu plenam
memoriam rerum seculatium, & abduce-
re nos

Masib 16

Bern. ser.

7. de con-

uers. ad

sororem.

Basil. reg.

fus. diff.

94 DE MORTIFICAT.

re nos ab amore affectuque inordinato erga nos ipsos. Et hoc ideo, quia quēadmodum lapsō & iacēti in luto, ad hoc, vt abs-
tergatur & emundetur non satis est surge-
re, sed postquam surrexit, requiritur, vt so-
des illas, quæ vestibus inhæserunt, excut-
iat: ita illi, qui multis annis in cœno pro-
prij amoris ac voluptatum huius mundi
immersus iacuit, non sufficit surgere & e-
mergere aliquando ex hoc cœno, relin-
quendo mundum, & ea quæ in mundo
sunt, per Renunciationem ut suprà di-
ctum est; sed necesse est, si quidem à solidi-
bus mundus & liber esse velit, vt eas à se
excutiatur; & eluat maculas, quæ in ipsius a-
nimō adhuc manent impressæ, quales
sunt affectus mundani, & quædam affe-
ctibus plena memoria rerum præterita-
rum, magna item inclinatio ad proprium
suum velle & sentire; Eluuntur autem istæ
maculæ beneficio Abnegationis, ut S. Ba-
silii in superiori descriptione manifestè
significat, cum vult, ut memoriam quo-
que nostram abducamus à rebus munda-
nis, & ab affectibus inordinatis in nos i-
psos. Quem modum Climachus quoque
proponit, cum ait: Surgens ab amore seculi
& voluptatum labore, projice curas, exue in-
telligentias, abnega corpus. Quia ut recte di-
cit Cassian, Pecuniarum non solùm est vitan-

Climac. de
Ora. grad.

28.

Cass. lib. 5.
instit. c. 10.

.de

da possessio, sed etiam desiderium earum penitius extirpandum.

Quod quidem non solum de opibus intelligendum est, sed & de aliarum rerum mundanarum affectu, quem Religiosus pro viribus exuere debet. Alioqui talis Religiosus, dum in Religione degit, non absimilis erit equo, qui aufugiens ex Dominis sui stabulo, capistrum adhuc capiti inuolutum circumfert; cuius loro dependente pedes implicantur, ita ut à cursu eius retardetur, saepiusque impingat; immò, quod deterius est, hoc unico retinaculo, facile iterum capit, ac denuò ad idem stabulum, vnde anteà aufugerat, reducitur. Ita planè religioso contingit, qui licet vocatus à Deo, celeri fuga huius mundi stabulum, cum omnibus suis immunditis reliquerit, nihilominus tamen affectus illos, quibus anteà in stabulo tenebatur ligatus, secum tulit ad Religionem, neque multum sollicitus est, ut efficacitate sanctæ Abnegationis hoc capistrum excutiat. Talis sine dubio in via diuini servitij vehementer impedietur, quo minus ea libertate, qua par est, progredi possit. Et quod peius est, saepè impinget, & in grauissimos incurret errores, vt tandem extremo suo damno & dedecore, hoc unico capistro ad pristinum stabulum, & fæto.

96 DE MORTIFICAT.

foctores sensualium voluptatum reducatur, quos paulò antè in sæculo reliquerat; commutatio enim status secularis in statū religiosum, non consistit in mutatione habitus externi, ut per se notum est; sed in mutatione morum, cogitationum & affectuum internorum animi, ita ut externo statui Religiosi atque habitui respondeat interior status animi, & affectus religiosus, ex quo deinde quasi per modum naturæ emanat & procedit exterior compositiō vitæ, conuersationis & motum Religiosorum. Quia verò impossibile est, ut quis ad hunc statum interiorem perueniat, nisi ex animo ac mente sua etiam illam nebulam cogitationum atque affectuum sæculi, magna saltem ex parte excusserit, sequitur huius sanctæ Abnegationis vsum, cuius proprium hoc munus est, tantum esse momenti; quanti est esse verum & sincerum Religiosum.

Hinc Saluator noster à suis discipulis hanc Abnegationem sui ipsius, tanquam conditionem ad perfectionem planè necessariam exigit, cum dixit: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum;* &c. Semetipsam abnegat, inquit S. Gregorius, qui mutatus ad meliora, incipit esse, quod non erat, & definit esse, quod erat; *Quia licet homo, quoad substantiam suam, maneat idem qui ante; quoad animi*

D. Grego.
super Ezech.

camen

ORTIFICAT. 97

tamen qualitatem oportet ut mutetur, & alius
sit homo, qui serio Christum in Religiosæ
vitæ statu sequatur. Idcirkò sanctissimus
Abbas Benedictus inter præcipua spiri-
tualis perfectionis instrumenta, Abnegare
quemq; semeipsum sibi, in Regulis suæ religi-
onis posuit. Hoc idem Glossa supra Lucā
coafirms, dum docet fieri non posse, ut
homo ad tam amabilem Dei cognitionē
perueniat, in qua vera nostra perfectio cō-
sistit, nisi à suipius amore separetur. Sic e-
nim ait: Nisi quis à semet ipso deficiat ad Dñm,
qui supra se est, non appropinquat.

Sed obstare viderur amor ille, quo, ut Richard.
vult Richardus, omnis homo naturaliter de S. Vi-
scipsum amat & approbat; qui amor, vt Store fu-
magnarum est virium, ita nostro proposi- per my-
to quām maximè officit. Accedit deinde steriu
consuetudo, quā facile à nostris trahimur statu e
appetitionibus, quæ consuetudo, cùm sit Danielis.
plerunque longo temporis spatio, ac
frequentibus actibus corroborata; obti-
nuit in nobis quandam quasi præscriptio-
nem, imò legem quodammodo naturalē
inducit, quæ infirmitatem nostram ad vi-
tiorum illecebras pertrahit, vt bene notat
Cassianus, cùm, inquit, usus ac frequentia Cass. col-
delinquendi, veluti lux efficitur naturalis, que lat. 23.
membris humanae infirmitatis inserta affectus cap. 13.
anime nec dum plenis virtutum studijs eru-
ditæ,

In Regu-
la S. Be-
nedicti.
cap. 4.



98 DE MORTIFICAT.

S. Augu.
li 8. Con-
fess. cap. 5.

dite. sed adhuc rudis ac tenera captiuos re-
pit ad vitia. Id ipsum significat D. Augusti-
nus, cum ait: Lex peccati est violentia consue-
ta dinis, qua trahitur & tenetur etiam inuitus
animus.

Rom. 7.

Hæc itaque amoris naturalis erga nos,
prauæque consuetudinis vincula, quibus
ita nobis ipsis haeremus illigati, non possu-
mus in nobis, etiam vi abnegationis, abru-
pere sine magna violentia, & sine illa con-
tradictione & repugnatia, quam sensit D.
Paulus, cum ex vna parte diceret: Condele-
ctor legi Dei secundum interiorem hominem.
Ex altera vero parte: Video aliam legem in
membris meis repugnantem legi mentis meæ, &
coptiuantem me in lege peccati. Verum sicuti
Apostolus tunc pressus hoc onere exclama-
uit: infelix ego homo, quis me liberabit de cor-
pore mortis huius? moxq; diuinæ gratiæ au-
xilium sentiens subiunxit: Grata Dei per
Iesum Christum Dominum nostrum: Ita & quili-
bet Christi miles, ex vna parte, tam graui-
iugo pressus, toto cordis affectu suspirat
& gemat; ex altera autem benigna Dei ma-
nu confusus, animum resamat inceptam
semel viam alacriter prosequendi, si biique
persuadeat, quemadmodum illi qui in pu-
gna suis facilè cedunt aduersarijs, eos redi-
dunt audacieores; contrà vero, qui initio
statim intrepide resistunt, eorumque insi-
cep-

DE MORTIFICAT.

99

Mentiam contundunt, breui eos dcbiles &
pauore consernatos efficiunt; Ita & hic
idē euenire, proinde qui viriliter pugnat,
maiores indies de hostibus victoriam re-
portabit, ac tandem ad illam pacem &
quietem perueniet, quam B. Dorotheus
huiusmodi bellatoribus his verbis promit-
tit: *Qui principiō sibi vim fecerit, atque resistet-*
rit, & paulatim pugnare perrexerit, proficiet
sane, & deinceps pacem & quietem conseque-
tur.

Dorotheus.
serm. 10.

CAPUT X.

De Abnegatione appetituum carnis & illusio-
ne ac fallacia quadam quae in illa acci-
dere solet.

Obiectum, quod sibi quisque in præ-
dicta Abnegationis exercitatioē pro-
ponere debet, est ipse homo: *Abne-*
get semetipsum, monet Christus. Quia ve-
rò homo duabus constat partibus, corpo-
re scilicet & animo, passionesq; naturales
& habitus habet: necesse est, ut hæc nostra
Abnegatio ad utramq; partem se extēdat,
id est, ut Dei seruus tam corpori, quā ani-
mæ suæ indesinenter deneget omnia, quæ
contra legem diuinam ac rationis restitu-
dinem postulant. Ducto igitur initio à
corporis siue carnis abnegatione, affimo Cass. li. 5.
cū Cassiano, post rerum externalium renun-
catio-

E 3

catio-

100 DE MORTIFICAT.

ciationem. Illud esse cunctorum luxaminum
veluti quoddam solidissimum fundamentum,
ut primitus carnalium desideriorum incenti-
ua perimantur. Nam nullus, carne propria
non deuissa, legitimè poterit decertare. Et hoc
duplici de causa. Primo: quia cum caro sit
quoddam spiritus instrumentum; nisi hæc
per Abnegationem accommodetur &
aptetur ad illius obsequium & imperium;
fieri non poterit, ut homo eam domet,
& ad propositū finem dirigat: Altera cau-
sa est, quia primi insultus, quibus hostis
infernalis Dei seruum inuadit, sunt in car-
ne; quia cum ipse hostis sit bellator exer-
citatus simul ac superbus; ut exercitatus,
inuadit nos ea parte, quam nouit in nobis
esse debilissimam; ut superbus, dedigna-
tur maioribus tormentis eum inuadere &
oppugnare, quæ minoribus expugnari no-
uit. Nec bellis robustioribus, inquit Cassia-

Cassian. li. 5. Iust. nus, attētar i dñnum est eum, qui potest deiici-
cap. 13. leuiori conflictu. Et paulò pōst. Non merebi-
m̄ur, mentis robore cōquisito, grauiores pugnas
nequitiarū cælestiū experiri, qui carnem fragi-
lem spiritui nostro subiugare ne quiuimus. Ita

secum pugnabat Apostolus, qui de se ipso:
Castigo, inquit, corpus meum, & in seruitutē
redigo. Idemq; ab alijs volebat fieri, cū scri-
bēs ad Rōmanos ait: fratres, debitores sumus
non carni, ut secundām carnem viuamus. Si
enim

Rom. 8.

DE MORTIFICAT. 101

enim secundum carnem vixeritis, moriemini.
Imò verò Christi imitatores ad hoc obli-
gatos esse, testatur cùm dicit: *Qui autem Gal. 5.*
*Sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum
vitij & concupiscentijs suis.* Et B. Nilus Ab-
bas, docēs nos, quomodo sit aduersus car-
nem præliandum, *pabulum*, inquit, est *ei*
*de trahendū; cupiditatū vitiorumque pabu-
lum sunt species & imagines rerum seculariū
sensibiliū, que cupiditates & vitia nutrīunt,
armantque aduersus animam.*

Quæ doctrina licet Religiosis omni-
bus siu virilissima; Nouitj tamē pre ceteris
est maximē necessaria, ob rationes, quas
idem S. Abbas Nilus assert, cùm ait: *Consu-
lendum est ijs, qui nuper à mundi tumultu dé-
scesserunt, ut quietē & silentiū colant, caue-
antque ne frequentius in publicum prodeun-
do vulnera per sensus accepta cogitationes re-
nouent, nè ve antiquis peccatorum similitudi-
nibus alias formas adiungant: mens enim eorū,
qui nuper à militia discesserunt, similis est cor-
pori ex diuturno morbo conualefcere incipien-
ti, quod nondum viribus confirmatis, quelibet Bern. ser.
affectio grauiorem in morbum appellat: Vnde & ad so-
S. Bernardus hac eadē de re loquens: O-
mnis, inquit, noua conuersio adhuc pristina vi-
te habet permissionem: Quare cum isti AE-
gypti farina sint adhuc aspersi, meritò cau-
tores & prudētores esse debebunt, ne in*

E 3. eadem

102. DE MORTIFICAT:
eadem desideria, & affectus earum rerum
recidant, quas semel in mundo relique-
runt.

Sed ut ad Abnegationem carnis,
vnde sumus digressi, redeamus, de qua
hoc capite agere instituimus, animaduer-
tendum est, ut indiscretio & imprudentia
in maceranda carne meritò reprehenditur
propter impedimenta, quæ rerum maioris
momenti exercitationibus afferre solet;
ita nimia prudentia & discretio in hac par-
te vituperatur; hæc enim multos in mani-
festa sæpè coniicit pericula, qui sub boni
alicuius prætextu incurrit damnum planè
irreparabile. Huiusmodi fortasse posset es-
se illud, cū quis ad conservādam corporis
valetudinē, anxie cōmoditatibus ac rela-
xationibus quibusdā inhiciat, quæ non solū
suę professionis statui cōsentaneę nō sunt,
sed & corporis valetudini, quā rāto studio
procurat, obsunt; & ipsi etiam spirituali
mentis sanitati, quæ omnibus aliis rebus
præferenda est, non leue damnum afficit.
Hinc experimento discimus, non reperiri
homines magis ægrorū, quam eos, qui vt
ægritudinem vitent, sub titulo & prætextu
inualetudinis, suorum se commodorum
& appetituum seruituti tradunt. Etiam si
noceat, dicit, S. Augustinus, prodeſſe credunt,
quod deleſit.

D Augu.
in Reg.
cap. 23.

Illud

DE MORTIFICAT. 103

Illud præterea hoc loco obseruandum est, nos corpori nostro non nisi duo debere, vitam nimirum & valetudinem; illa necessaria, hæc autem conueniens est: necessaria illa est, propter obligationem, quatenus corpori nostro subministrare ea, quæ ad vitam sunt necessaria. Altera vero est conueniens; sanitas enim corporis ad conseruationem ipsius vitæ, multatumque rerum ad Dei gloriam & cultum spectantium executionem & effectiōnem plutimum iuuat. Tota difficultas in eo versatur, quod tam in iis, quæ ad vitam necessaria sunt, procurandis, quam in corporis nostri valetudine conseruanda, irrepit plerumque nescio quæ delectatio sensualis. Unde saepe fit, ut sub prætextu conseruandæ aut recuperandæ valetudinis corporalis, ea ipsa, quæ valetudini valde obsunt, aude appetamus. Quare quod ad vitæ necessitatē attinet, ita nos S. Basilius instituit: illud diligentur animaduertiri debet, ne per causam S. B. fil. in
Constit. necessitatis corporis, eò impingamus, ut volu- Monast.
cap. 4. patibus seruiamus:

Quod autem ad corporis valetudinem spectat, similem quoque detegit fraudem D. Bern., Bernardus. cùm ait: Sunt omnia bona corporis, sicut de quæ ei solummodo debeamus, sanitas. Sed hic triplici- fons est, quæ nolo vos lateat. Infidiciatur enim bonorum voluptas sanitati, & tā subtilli malignitate pro- genere.

104 DE MORTIFICAT.

sequitur, vt vix eam quis vel posset cauere, vel
noverit. Quia si voluptati seruisur, non sanit-
ti, hoc iam de natura nō est, sed sub natura, quae
morti manus dat, unumq[ue] strā constituit vo-
luptatem. Hęc S. Bernardi verba meo iudi-
cio tāti sunt ponderis, vt nesciam, an huic
rei, quam tractamus, vel utilius quidquā
vel conuenientius addi possit.

His ergo contentus caput hoc conclu-
dām, si hoc tantū addidero, quemad-
modum, mēa quidē sententiā, maior cala-
mitas non est, quām si homo naturā liber,
scipsum sponte tam crudeli tyranho in-
seruitutem tradat, quām est caro no-
straz ita vicissim maximæ puto esse felici-
tatis, qua quis in hac vita frui potest; excu-
tere semel totis viribus à ceruice intolera-
bile hōc iugum carnis, suarumq[ue] passionū,
ita vt ordinatiē nō secundū peruersas car-
nis leges, sed secundū rationem ac spiri-
tum gubernet, & viuat. Quod & Plato
licet gentilis intellexisse videtur in Phæ-
done, & Plutarchus cūm ait: *Beatum esse à
seruitute carnis liberari;* & à passionibus eam
comitantibus. Quia verò de hac materia, ca-
pite tertio, titulo de mortificatione exteri-
ori disseruimus, simulq[ue] yaria aduersus hāc
& alias frāudes, quae circa Abnegationem
carnis occurunt, remedia præscripsimus,
hūic capitī finem imponam, cunctos quā
pos-

DE MORTIFICAT 105

possum maximè rogans, vt cò diligentius
huius rei studio sese dedit, quò magis hoc
tam præclarum opus est necessarium.

CAP.VT. XI.

Dé abnegatione animæ, & in specie volun-
tatis nostræ, vt principalis illius
potentie.

QVanquam carnis & passionum eius
abnegatio, vt dictum est, magni sit
momenti, animæ tamen abnegatio
tantò est ea superior, quantò hæc ipsa pars
hominis corpore nobilior ac præstantior
est. Quemadmodum enim equus, quam-
uis indomitus & effænus, si tamen strenuū
ac peritum habeat equitem sibi insidentē,
nemini nocet: sic etiam corporis viuaci-
tas, vt ait S. Basilius, non adeò perniciosa
illi esse solet, qui ad eam refrænandam
prompto est animo ac vigilanti, vt decet.
Contrà verò sicuti patre familias peregrè
abente, mox canes domestici hæc illæ
insolenter vagantur, importunis latrati-
bus omnia complent, & morsibus quo-
vis obuios aggrediuntur: ita, cum anima
matri familias munus sustinens, foras
euagatur, & neglit ea, quæ sunt sui mu- *S. Basil.*
neris, mox veluti proterui atq; importuna- in Con-
nes, inquit, S. Basilius, ex diuersis partibus li- stit. Mo-
bidines corporis foras dant, & vehemeter in nast.

ipsum obliuant, ac varijs modis dilacerare co-
nantur.

*Isaias, in
serm. de
abrenun-
ciatione
mundi.*

*Bern. ser.
3. de Re-
surrect.*

Hinc magnus ille Abbas Isaias affirma-
re solebat, illos difficulter ad trā quillitatē
animi peruenire posse, quæ ad consequen-
dam perfectionem requiritur, qui solum
corporis Mortificationi vacantes: *Non va-*
cant, inquit, homini interiori & proprias am-
putant voluntates. Hæc itaque Abnegatio
animæ pro obiecto suo præcipuo duas
præcipuas eius potentias habet, nempe
voluntatem & intellectum, seu iudicium
nostrum proprium, à quibus quasi duso-
bus fontibus deriuantur omnes alij ani-
mæ nostræ affectus. *Quocirca sicut ob-*
tutatis fontibus præcipuis aquæ largiter
fluentis, mox omnes etiam riui ab illis
promanantes exsiccantur: Ita quoque ex
Abnegatione voluntatis ac iudicij proprii;
abnegatio omnia aliarum passionum
& affectuum in anima nostra regnantium
procedere solet. Hinc S. Bernardus tanto-
pere exaggerat damnum (quod lepræ no-
minat) quod ex immortificatione harum
duarum potentiarum in nos redundat,
cum inquit, *In corde duplex est lepra, propria*
voluntas, & proprium consilium; lepra viti-
que nimis pessima, eoque pernicioſior, quæ ma-
gis interior. Quamobrem tractatur de Ab-
negatione singularum potentiarum in
spe.

DE MORTIFICAT. 107

specie, initium faciemus à propriæ voluntatis Abnegatione, bte uiterque explicabimus quid sit voluntas propria. Item quā perniciosa deinde quidnam in ea sit abnegandum, & quomodo.

Diuus itaque Bernardus sermone supra dicto, voluntatem propriam appellat eam quæ non est communis & conformis voluntati Dei, hominumque sanctorum, si dī nostra solum & propria. Quādo, verbi gratia, id quod volumus, non ad honorē Dei, neque ad utilitatē proximi, sed propter nos metipso facimus, non intendētes voluntate illa aut Deo placere, aut prodeſſe alijs, sed satis facere proprijs motibus animorū. Exaggerās deinde idē S. Bernardus grauiſter huius voluntatis peruersitatē dicit eā charitati esse directē contrariā, que, ut inquit D. Paulus; non querit, que sua sunt, sed que Iesu Christi: illamq; assidue contra Deū bellum gerere, atq; idecirco tantoperē Deo exosam inuisamq; esse, & ab illo grauissimis pœnis affici. Quid enim, dicit ille, odit aut punit Deus preter propriā voluntatē; cesse voluntas propria, & infernus nō erit. Et meritō quidem tanta est enim eius malignitas, ut quo cunq; se extēderit, virus suū effundat, omnemq; pietatem ac r. studinem rationis cuertat. *Basil. R. & Gul. bre-*
Quod & S. Basil' us innuisse videtur, cūm ait: *Vt propriā voluntate arbitriōne, alienum uior. 123.*

108 DE MORTIFICAT.

Basil. Regul. breuior. 138. esse à ratione. Et alibi testatur : *Quidquid quisque ex propriæ voluntatis arbitrio facit, id cùm facientis proprium sit, alienum esse à cultu pietatis.* Deniq; alio in loco démonstrat, talem tanquam suæ propriæ voluntatis mancipium, nullo dignum esse merito: *qui ea quæ facit, inquit, commodi sui causa facit, licet, quod fiat, ex mandato sit.*

Basil. Regul. breuior. 54.

Et in hoc errore versatur quædam fæc hominum, Reipublicæ pernicioſiſſima, qui ordinariè priata ſuā commoda bono communi præferunt, nec quidquā de Reipublicæ in columitate, in qua viuūt, ſolliciti ſunt, dummodo cūcta ex ſentētia cedat, vel cum maximō etiam Rei publicæ detri mento. Verū ut iſti ſuas cogitationes nulla vel rationis vel Christianæ charita tis lege metiuntur; ſic iusto Dei iudicio, brutorū ſuorū affeſtuum pondere preſſi, plerumque in multarū conuisionū abyſſum præcipites agūtur, in iuſtissimam hu ius ſceleris poenam, aliorumque exemplum. Vnde meritò dicit B. Ephrem : *Nihil esse grauius, quam à propria voluntate ſuperari;* eorumque infelicitatem deplorat, qui cum mundum, & omnia quæ in illo bona poſſidebant, tanta animi magnitu dine reliquerint; instar Samsonis Philistæos expugnantis, tam turpiter poſtea ab importunis ſuæ impudicæ Dalilæ, id est,

pro-

DE MORTIFICAT. 109

propriæ voluntatis blanditijs, superantur;
maximo tum suarum animarum, tum cō-
munis boni detrimento. Quapropter B. S. Dorotheus Religiosum quemlibet horra-
tur, vt totis viribus, se quām primum à ser-
uitute propriæ suæ voluntatis liberare
conetur, hūicque Abnegationi sui ipsius
dominus fieri, & perpetua pace ac quiete
seui desideret: *Coge teipsum, inquit, in cun-*
& vince, & voluntatem tuam in primis
abscinde, si enim consueueris voluntatem tuam
amputare, habitum indues, Christi gratiâ &
misericordiâ, quo omnia sine molestia aut repu-
gnania perficies, teque perfectè in libertatem
offeres.

Et hæc erat potissima cura antiquorū
Patrum in instituendo Nouitio: *Vt doceat*
eum senior, inquit Cassianus, primitus suas Cass. li. 4.
vincere voluntates, quem studiosè in his ac di-
ligenter exercens, hæc illisemper imperare cu-
rabit, que senserit animo eius esse contraria:
Alioqui, inquit, non solum non adquire-
ret virtutes Religiosis necessarias; Sed ne
in cenobio quidē diutius perdurare eū affirma-
bant, qui prius voluntates suas non didicerit
superare. Et meritò certè hi Patres noxiā
hanc herbam tempestiuè ex animis euellendam censemabant; intelligebant enim o-
ptimè, quanti esset momenti, quantique
referret, positâ mox à huic studio se se de-

110 DE MORTIFICAT.

dere, eiusque sine dilatione fundamente iacere, tum ut via diuini seruitij fieret in posterum tempus facilior, tum ut securior. Declarabat hoc ipsum B. Dorotheus ex exemplo cupressorum, quæ cum adhuc teneræ & paruae sint, facile euelluntur, ybi verò succreuerunt, non modò absque multorum ope nō euelli, sed nec moueri possunt, ita planè cuenire solet in tarda aut sera nimis extirpatione propriæ voluntatis nostræ. Aliud est enim, inquit B. Dorotheus, euellere parnam herbam & teneram, quæ statim extirpatur; & aliud, magnam arborem eradicare.

Sed queret hic fortasse aliquis, quibusnam in rebus debeamus abnegare voluntatem nostram; satis enim exploratam esse eius necessitatem. Respondeo, in omnibus omnino, quæ ex propria voluntate appetuntur, siue spirituales illæ sint, siue temporales. Nam ut præclarè D. Basilius ait: *Quid quid ex propria voluntate concupiscitur, id alienum est à pietatis cultoribus.* Et ratio in promptu est; quia cum propria nostra voluntas, quatenus talis, nō sit conformis disunæ, ut ex. D. Bernardo supra probauimus, necessariò sequitur; id quod ex tali voluntate appetitur, à voluntate Di. i. est diuersum, & consequenter dari nosum & perniciosum. Ex quo etiam colligitur, quām necessarium sit, reformare atque abno-

Basil. Re-
gul. bre-
vior. 74.

DE MORTIFICAT.

abnegare omnino hanc propriam nostrā voluntatem, si in electione & executione omnium actionum nostrarum non velimus decipi.

Vt autem hunc finem consequamur, nihil aliud requiritur, quām vt demamus à volūtate nostra id quod nostrum est, eamque vi abnegationis redigamus ad cōformatatem diuinæ illius volūtatis, quā Christus Dominus verbis & factis manifestè nobis declarauit, eo tempore, quo *factus in agonia prolixus orabat in horto*, cū hinc volūtas patris vrgeret, vt amarum passionis calicem, qui sibi imminebat, biberet: inde verò voluntatis naturalis appetitus ac sensus abhorreret, mox ipse abnegādo hanc suam voluntatem, & diuinam toto animo acceptando: dixit: vt est apud S. Lu. *Luc. 22. 42.* cam: *Non mea voluntas, sed tua fiat.*

Ne verò voluntatem Christi certis tantum in rebus cum diuina conuenire existimaremus, non autem in omnibus absolu: tē: eodem in loco Patrem æternum orans, hoc, quod Marcus refert, adiecit: *Non quod ego volo, sed quod tu.* Sed quoniam in modo etiā patiendi, aliquid propriæ voluntatis poterat immisceri, hac itidem ex parte suam abnegauit voluntatem, quando addidit: vt S. Matthæus narrat: *Non sicut ego volo, sed si: ut tu.* Atque ita sciungens à volun-

Marc. 14. 36.

Matt. 26. 39.

112 DE MORTIFICAT.

voluntate sua, quidquid secundum inferiorem partem sensus potuisse esse proprium reddidit eam omni ex parte diuinæ penitus conformem tam in voluntate ipsa, quam in modo eandem exequendi. Habuit ergo Christi voluntas eminentissimè tres illas conditiones, quas S. Paulus ad Romanos recenset, his verbis: *Vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, benè placens & perfecta.* Et in hac re dedit nobis absolutissimum perfectissimæ negationis exemplum. Quemadmodum igitur se Christus Dominus in hoc negotio erga Patrem æternum gessit: ita & nos quantum humana fragilitas patitur, erga superiores nostros gerere conuenit, ut voluntati nostræ quidquid proprietatis inest, adimamus, eamque Superiorum voluntati conformem efficiamus. Admirabilem enim inde consequemur fructum, eum videlicet, de quo

S. Dorotheus scribit, ut cum aliā voluntatem non habeamus, quam nostrorum Superiorum, faciendo & exequendo illorum voluntatem, faciamus nostram semper, & hac via perueniemus ad tantam pacis ac tranquillitatis fruitionem, quæ quadam similis sit illi, qua beati gaudent & frumentur in cælo, quam ut finem in omnibus actionibus spectat abnegatio propriæ voluntatis; qua obligatione Deo nulla gratiæ

tior

DE MORTIFICAT. 119

tior offerri potest, ut Ludouicus Blofius docet, cum ait: *Nihil Deo gratius offerri potest, abnegatione propriæ voluntatis, quia homini nihil est: charum ipsa voluntate & arbitrio spirituali trij libertate.* Et adiungit hanc abnegatio-

nem Deo longè esse gratiorem, quam resuscitationem multorum mortuorum.

Quando quis, inquit, propter Deum sensualitatem voluntatiq[ue] proprie[te]tatem, etiam in rebus minimis reluctatur ac se mortificat, rem ipsi Deo magis gratam facit, quam si multos mortuos ad vitam renocaret.

Ratio est, quia licet Deus in hunc finem, excitandi nemp[er] mortuos, plerumque hominum, virtute & meritis illustrium operâ vtatur, opus tamen hoc ex sua natura tale est, ut potius omnipotentiæ diuinæ magnitudinem, quam illius hominis integritatem & excellentiam declarat, per quem mortuo vitam restituit. In Abnegatione autem continua propriæ nostræ voluntatis, præter peculiare Dei auxilium, quod in cunctis actionibus nostris necessarium est, præsupponitur ex parte nostra quædam generositas & magnitudo animi planè heroica, quæ se naturali instinctui atque illi inclinationi opponat, qua quisque in obsequium propriæ voluntatis propèdet. Vnde tandem evenit, ut homo diuinæ gratiæ favore ita eleuatus, fiat scipso super-

rior,

114 DE MORTIFICAT.

rior & certo quodā modo plus quam ho-
mo. Nám ut B. Climachus ait: *ille profecte
sanctus est, qui voluntati sue abrenunciauit.*

Climac.
de Anar.
yad. 16.

Cass. li. 1.
Institut.
cap. 37.

Verum cum in hoc negotio persevera-
tia eò sit gloriösior, quòd maiores sunt dif-
ficultates, quæ solent occurrere, vt huic
tandem capiti finem imponam, omnes
Christi athletas vehementer rogo, vt huic
abnegationi constanter insistant, neque
prius ab ea, quam ab ipsa mortali vita ab-
sistant. Nam bene cœpisse nil proderit (inquit
apud Cassianum Abbas Pynuphius) nec
pleno feroore renunciationis arripuisse princi-
pia, si haec congruus etiam finis similiter non co-
mendauerit atque concluserit.

CAPUT XII.

*De Abnegatione proprij Iudicij & Intel-
lectus.*

Sicuti propria voluntas, vt ex D. Bernar-
do supra dictum est, ea est, quæ nec
Deo, nec hominibus communis est,
sed nobis tantum propria: sic dicere li-
cet, iudicium proprium esse illud, quod
nec Dei, nec prudentum virotum iudi-
cio conforme est, sed nobis proprium.
Quando, verbi gratia, intellectus no-
ster iudicat de aliqua re, non perspicue
sibi cognita, nec satis liquidè explorata,
non secundum commune iudicium pru-
dens.

DE MORTIFICAT.

115

dentum hominumque virtute præditorū;
sed præcisè, ex proprij iudicij præscripto
& moderamine, cumque hoc suo iudicio
neque Déo placere, neque alijs prodes-
se instituit, eo vnicō contentus, vt suum
iudicium sequatur & compleat. Abnegare
ergo hoc iudicium proprium nihil est a-
liud, quam mortificare intellectum no-
strum, ne singularis sit & tenax sui iudi-
cij, sed vt illud potius, tractabile, docile, ac
communi iudicio & sententiæ suorum su-
periorum, vel aliorum prudentia ac virtu-
tibus insignium vitorum conforme fiat:
Quoniam, ut S. Basilius docet, sicut in vniuer-

*S. Basili.
Reg. bre-*

uior. 112.

*sum vti propria voluntate arbitrio, alienum
est à rectâ ratione: Sic maioris partis iudicio nō
stare, est contumacia & perniciacie periculum
incurrere.*

Et vnde quæso tot hæreses discordiæ
ac errores quam plurimi, qui in tot ho-
die regnis, Rebus publicis ac familiis
grassantur, quā ex immortificatione no-
strī iudicij? Quare sicut S. Bernardus de
propria voluntate rectè dixit: *Cesset volun-*
tas propria & infernus non erit: Ita de pro-
prio iudicio dicere possumus. Cesset illud,
& Infernus non erit: non enim essent in
mundo vlli errores & vitia, quæ propria
sunt inferni, vt cōtentiones, discordiæ, per-
tinaciæ, sectæ, & huius generis cōfusiones.

quæ

116 DE MORTIFICAT.
quæ mundum perturbant vniuersum.

Et certè nimis longum esset, h̄ic de gra-
uissimis præcipitijs ac ruinis narrationem
texere, quibus multi perierunt, qui in reb⁹
suis proprijs proprio suo nimium fidebat
iudicio, quorum multa adfert exempla

*Cassianus, præsertim senis cuiusdam He-
ronis, qui cùm multis iam annos inter
Monachos Scithi incredibili integritate &
Religiosa obseruantia vixisset, iudicio ta-
men suo tantum tribuebat, ut maluerit, in-
quit Cassianus, suis definitionibus regi q̄am
consilijs vel collationibus fratrum atque insti-
tutis maiorum obedire; cumq̄ue superiori-
bus suis certam quandam illusionem dia-
bolicam nollet aperire, nec a iorum regi
iudicio, adeò in ipso præualuit hostis in-
fernalis (qui, vt benedicit Climachus: In
h̄i, qui sibi credunt, sepe Propheta sit) vt fal-
sis eius promissis & persuasionibus illect⁹,
se se sponte in profundissimum putū con-
iecerit, ac non multò pōst vitam suam tā-
ta sanctitatis & meritorum opinione in-
choatam, multosq̄ue ibidem annos pera-
ctam, miserrimo fine concluserit. Quam-
obrem Cassianus tractans de hac materia*

*Collat. 16. cap. II. Capiti illi talem præpo-
suit titulum: Quod impossibile sit quemquam,
qui proprio fudit iudicio, diaboli illusione non
decipi,*

*Clim.de
sommijis,
grad.3.*

E

DE MORTIFICAT.

117

Et merito certe: Quia sicut, Nullatenus cāff. cōlla
z. c. 10.
 decipi poterit quisquam, si non suo iudicio, sed
 maiorum viuat exemplo: vt Abbās Moses
 assertit, ita è contrario, cūm Religiosus ni-
 mium suo fidit iudicio, atque in hoc à cō-
 muni iudicio & sententia superiorum suo-
 rum discedit, mille illusionum atque erro-
 rum voraginibus sese obnoxium reddit.
 Quare sicut magnæ humilitatis signum
 est, si quis, vt idem ait Abbas, non solum
 ea quæ facit, sed & ea quoque quæ in ani-
 mo habet, suorum superiorū iudicio sub-
 mittit; ita vt sibi ipsi minimè fidens in o-
 mnibus se corum sententiae accommo-
 det: ita intolerabilis superbia indiciū est,
 si quis in ijs, quæ ad propriam suam perso-
 nam aut gubernationem, aliorumque di-
 rectiōnē spectant, suum audeat ceteris
 omnibus numero & conditione maiorib⁹
 præferre iudicium. Quousque vos sapientes e-
stis in oculis vestris? inquit S. Bernardus de Bern. ser.
his; Deus se mortalibus credit & subdit, & 20. super
vos in vijs vestris adhuc ambulatis cant.

Nec grauioribus verbis hic eorum error
 exaggerari potest, quām eiusdem S. Ber-
 nardi, cūm alio in loco ait: Et quæ maior su-
 perbia, quām vt unus homo toti congregatiōni
 iudicium suum præferat, tanquām ipse solus ha-
 beat sp̄ritum Dei? Idolatriæ scelus est, non
 acquiescere; & quasi peccatum ariolandii, repu-
 gnare. Quo

118 DE MORTIFICAT.

* Quo loco non tantum ostendit S. Bernardus maximæ esse arrogantiæ, vt unus homo iudicium suum communi aliorum iudicio cum pertinacia præferat; sed non adquiescere quoque, aut repugnare communi alicuius Religiosæ congregationis iudicio, esse quasi peccatum ariolandi aut idolatriæ, quæ quidem scelera inter maxima numerantur.

Et quamvis hic error quibuslibet in rebus sit, vt dictum est, maximus, in rebus tamen, quæ ad doctrinam & ingenii pertinent, communiter tanto grauior est, quanto plus contagiosus est, & pronior in eum lapsus. Cum enim homo naturaliter scire desideret, vehementiori quoque impetu fertur in ea, quæ scienda, quam in ea quæ agenda sunt: Ex quo fit, vt quemadmodum matri cuiquam proprius infans, licet turpissimus, plus placere solet, quam alij aliatum matrum filij, quantumvis formosissimi: ita homines sæpe naturali ducantur & abripiantur affectu, quem habent erga certas opiniones & proprias, adeò ut quantumcumque sint monstrosæ, & informes (quod plerumq; solet accidere) ipsis tamen videantur præstantissimæ, & idcirco omnibus alijs præfendæ. Et hinc orta est, & oritur quotidie tanta doctrinæ nouitas & singularitas, & cum ipsa rāta cor-

DE MORTIFICAT.

119

ta confusio perniciosissimorum errorum,
quantam in omnes orbis partes diffusam
hodie videmus & dolemus.

Quare ut in aurifodinis, ne mica quidem auri reperitur, cui non magna terra copia sit admixta, ita in scientijs vix veritatem aliquam reperire licet, sine errorum admisitione. Cum enim intellectus nostri acies angustis sit circumscripta terminis, atque ordinariè amoris proprij nebulosa obfuscari soleat, mitum non est, si maiori facilitate incurrat in errores, quorum multi sunt, quam veritatem attingat, quæ in propositionibus ad doctrinam pertinentibus nō nisi una esse solet. Quocirca multò plures sunt errores, quisciuntur, quam veritates; maiorem item habemus causam ignorantiae nos ipsos accusandi, quam aliquem sapientiae gradum nobis arrogandi. Dubitare etiā potius debemus in scientijs de nostro iudicio, quam in rebus practicis. Et quia experientia ipsa in omnibus rebus fida magistra esse solet; ex varijs erroribus, in quos nostro nimium fidentes iudicio prolapsi sumus: oportuisset tandem nos factos esse cautissimos: ut enim aeger aliquis, aut qui caussam in foro habuit, posteaquam in sua infirmitate aut littera iudicio alicuius Medici aut Aduocati animi filius, tandem se deceptum, ac in vita

aut

DE MORTIFICAT.

220
 aut bonorum suorum discrimen adductū
 esse sentit, illorum deinceps consilia meri-
 tò respuit; ita cùm à iudicio nostro multis
 in rebus, ijsque grauissimis deceptos nos
 cum propriæ salutis periculo, & notabilis
 multorum bonorum damno didicerim⁹,
 deberemus tandem non solum nostro nō
 amplius fidere iudicio, sed ob hoc ipsum,
 quia nostrum est, & de rebus nostris su-
 spectum habere: desiderantes summoperè
 certiori aliqua norma, quām ipsum sit in
 omnibus duci ac dirigi. Quod si secundū
 ius Ciuale ac Canonicum, nullus in ami-
 corum aut propinquorum causa iudex es-
 se potest, nec immeritò, quia naturalis ex-
 ga illos amor iudicium eorum facilè per-
 uerteret; cur te in tua causa iudicem con-
 fituis? Quod si culpam amici in tuo iudicio, &
 amor illius (inquit S. Bernardus) aut minuit,
 aut prorsus abscondit, quantò magis amor tui,
 tuum contrare iudicium falleat?

S. Bernar.
 tract. de
 grad. hu-
 mil.

Quemadmodum igitur prædictæ leges
 sapientissimè sanxerunt, ne quis in causa
 amicorum aut propinquorum, vt dictum
 est, sit iudex: ita vnuſquisque apud se sta-
 tuere debet, se non debere in suis rebus suū
 esse iudicem; nisi grauiter velit errare.
 Quamuis enim accidere quandoque pos-
 sit, vt cuiquam proprio fidenti iudicio, res
 aliqua feliciter eueniat, ille ipse tamē pro-
 sper

AT.
dductū
ia meri-
multis
os nos
otabili-
erim,
stro nō
ipsum,
tris; su-
noperē
m sit in
cundū
n ami-
dex es-
alis er-
lē per-
m-con-
icio; &
minuit,
nor tui,

e leges
n causa
dictum
se stā-
bus suū
errare.
ue pos-
cio, res
nē pro-
sper

DE MORTIFICAT. 121

sper euentus, non euenit sine magno peri-
culo contrarij; quod satis est, vt in hoc et-
iam negotio errasse dici queat, idque eò
magis, quod approbare felicem euentum
bonum, qui ex proprio iudicio fortefor-
tuna consecutus est, propriè loquendo ni-
hil sit aliud, quam dupliciter errare. Si er-
go ab huiusmodi erroribus liberari, & ma-
iori cum securitate in diuino seruitio pro-
cedere velimus, duo nobis documenta B, S. Doro-
Dorothei valde erunt notanda: Alterum, serm. 4.
quod ipse felici rerum successu usurpare
solebat; est, in rebus suis aliorum libenter
consulere iudicia: Alterum, quod omnibus
vehementer inculcat, est, ut serio in-
telligamus: Nihil esse deterius, quam de se
ipso nimium præsumere.

Ad confirmationem huius, ponam in
fine huius capituli sententiam quandam D.
Bernardi breuem quidē verbis, sed in qua
omnia ea continentur, quae de damno di-
ci possunt, quod sibi aliquique inferunt illi,
qui de proprio suo iudicio, ac de seipsis ni-
mium præsumunt, His sunt, inquit, unitatis Bern. ser.
diuisores, inimici pacis, charitatis expertes, va-
nitate tumentes, placetes sibi, & magni in ocu-
lis suis; ignorantes Dei iustitiam, & suam vo-
lentes statuere. Quae sententia ex tanti viri,
mortificatione & lumine diuino præstan-
tis ore prolata; satis esse deberet, vt indu-

222 DE MORTIFICAT.
ceremur ad efficax remedium tanto malo
adhibendum.

CAPUT XIII.

De Resignatione.

REsignatio, id est, *Rei assignatio*, est a-
ctus quidam, quo homo homini ali-
quid idcirco assignat, ut disponat de
eo absolutè sive cum conditione, prout
inter se conuenerint *Resignatio* vero, ut
de ea spirituales Magistri loqui solent, ni-
hil aliud est, quam præstantissimus qui-
dam actus nostri liberi arbitrij, quo Dei
seruus, longâ experientiâ, sanctorum
que exēplis consilijsq; edoctus de pericu-
lo, cui se exponit vausquisque, qui in vita
spirituali se ipsum regere præsumit in re-
bus suis proprijs, iudicium, seafumq; suū,
exuens scipsum, suaque omnia liberè in
manus Dei, eorumq; quos loco Dei in ter-
ris veneratur, resignat, ut de se disponant
in omnibus, prout ipsi indicauerint magis
expedire tum ad gloriam & cultum Dei,
tum ad proprium profectum. Eo planè
modo, quo beatissima Virgo, Dei Mater,
intellecta Dei voluntate ab Archangelo,
modoque hanc voluntatem exequēdi; mox
se in manus Dei resignauit, dicens; *Ecce*
ancilla Domini, fiat mihi secundum verbū tuū.
Quo item B. Apostolus, à Domino voca-
tus,

DE MORTIFICAT. 123

tus, seipsum resignauit, Domine, inquiens, *Att. 9.*
*quid me vis facere? Et eo, quo B. Augustin⁹. *S. Aug.**
quando eodem modo dispositus, Deum soliloq.
*alloquebatur: Da Domine quod iubes, & in- *cap. 18.**
he quod vis: Eo deniq; modo, quo Magnus
Isidorus Alexandrinus, de quo refert B.

Climachus, quod cum fuisset in seculo ex *climat.*
primoribus Alexandriæ, ac Religio- *de obed.*
nem ingressus in suo modo agendi nescio *grad. 4.*
quam grauitatem & fastum secularem re-
tineret; illiusq; Monasterij Abbas animad-
uerteret, eum necdum omnino seipsum
atque affectus seculares exuisse; dixit illi
quadam die: Isidore, si reuera Christi iugum
tollere decreuisti, volo ut ante omnia te obe-
dientie laboribus exerceas. Quibus verbis in-
tellexit Isidorus, si serio progredi, & in Dei
seruitio profectū aliquē facere vellet; resi-
gnationē sui omnimodā in manus prelati
faciendā esse; mox itaque respondit: Sicut
fabro ferrum subiectum est, ita & ego, ô pater,
me ipsum obedientiae expono. Quasi diceret.
Iam, ô pater, me ipsum totum non se-
cus ac ferrum fabri manibus, posthac ver-
sandum offero auctrado, vt tu ipse dispo-
nas arbitratu tuo, eamque mihi formam
imprimas, quam iudicaueris impri-
mendam, ad omnia, iuuante Deo, reperies
me quam promptissimum: qui postea
magna animi promptitudine Abbatis

124 DE MORTIFICAT.

sui mandatis obtemperans in omnibus;
breui ad tantam peruenit perfectionem,
vt cum paulo post ex hac vita migraret ad
alteram; euidentia dederit signa, se in bea-
torum numerum esse a Deo ascriptum.

2 Cor. 8.

Clim. de
obed.
grad. 4.

Hinc merito S. Paulus eos laudat, Qui, vt
ipse ait, *Semeipsoſ dederunt primam Domino,*
deinde nobis per voluntatem Dei. Et B. Cli-
machus, *Beatus*, inquit, qui *Voluntatem suam*
ad finem usque mortificauit, *suique ipsius cu-*
ram omnem atque diligentiam spirituali ma-
gistro permisit. Quemadmodum enim ali-
quis nauiculam solus in mari magno, & vi-
dique procellis agitato, nauigans, prudē-
ter faceret, si nauiculam fluctuantem, &
vicinam periculo submergendi triremi ca-
su transtenti alligaret, vt felici huius cur-
su noa solum præsens vitæ discrimen eua-
deret, sed ipsum quoque, quem petit por-
turn, subiret; ita prudentissimè agit ille qui
in hoc spiritualis vitæ mari procellis & tē-
pestatis obnoxio; voluntatem suam spi-
rituali patri penitus resignare decreuit, vt
eius ductu, quasi fune quodam, ab ipso di-
rigatur, multoque facilius, & minori pe-
riculo ad illum finem perducatur, quem si-
bi in diuino seruitio proposuit. Atque hoc
est, quod Climachus significare voluit, cū
loquens de Religiosis, qui se ad hunc mo-
dum resignant, ait, eos esse: *qui sarcinam*

Climac.
de obed.
grad. 4.

A.T.

omnibus;
ectionem,
igraret ad
se in bea-
sscriptum.
t, Qui, vt
m Domino,

Et B. Cli-
tatem suam
e ipius cu-
riuali ma-
enim ali-
gno, & vn-
ns, prudē-
ntem, &
triremi ca-
huius cur-
timen euā-
petit por-
git ille qui
cellis & tē-
suam spi-
ecreuit, vt
ab ipso di-
minori pe-
r, quem si-
Atque hoc
voluit, cū
hunc mo-
ys sarcinam

DE MORTIFICAT. 125

suā alterius collū imponunt, & aliorū manib⁹
subleuati, natantes mare hoc magnū traiſciunt.

Et certè, sicut inter maxima Dei flagel-
la numeramus, hominem sibi ipsi relin-
qui, ita inter maxima Dei beneficia repo-
nēda est illa gratia, qua homo seipsum ex-
uit, vt à Diuina Maiestate in suis Ministris
gubernetur ac possideatur: quibus, cùm se-
mel animam suā liberè tradidit gubernan-
dam, tanquam ijs, qui exactissimam de illa
sunt reddituri Deo rationem, illis postea
in reliquo fidat oportet. Etenim cui animas
nostras gubernandas compisimus tanquā Deo, S. Bas. in
inquit S. Basiliius, de ijs rationera reddituro, Reg. fus.
pros⁹ absurdissimē facimus, si huic fidem in dīp. 48.
rebus contemptissimis abrogamus, Et, vt idem D. Basilius.
alibi dicit, culpam suam cognoscere debet, qui Reg. bre.
huiusmodi est, vt ipse sua sponte constituere ali- 69.
quid ausus fuerit, cuiuscunq; generis illud fue-
rit: neq; enim ipsa etiā, que suo genere bona sūt.
ex proprio arbitrio geri conuenit. Et ratio est
manifesta Qui enim seipsum, inquit D. Basilius, D. Basili.
abnegavit, seseque voluntatibus omnibus Reg. fus.
spoliauit, is non quod vult faciet, sed quod do- dīp. 41.
cetur. Neque verò ratio permittit eum sibi ipſi,
quod expediat, eligere, qui gubernationem sui
alij tradiderit.

Vnde meritò S. Bernardus, quosdam Re S. Bern.
ligiosos reprehendens, qui in hunc occurserant errorem, qui vestri, inquit, curam sup. cant.
serm. 19.

126 DE MORTIFICAT.

*semel nobis credidisti, quid rursum de vobis
vos intromittitis? Neq; video profecto, cur
Religiosus, postquam se Deo, suisque supe-
rioribus integrè resignauit, denuò se velit
sui ipsius, rerumque suarū dispositioni im-
miscere, manifesto indicio exiguæ suæ er-
ga Deum fiduciæ, vel potius argumento
iudicij temerarij, quo Prælatorum, ut minus
idoneum, parumque de rebus suis sollici-
tum, condemnat. Quam cogitationem vt*

*Climac. de
obed.
grad. 4.*

*planè iniquam condemnans B. Clima-
chus, ita cum Religiosis loquitur: Cum tibi
cogitatio suggererit, vt Prælatum tuum aut
diuidices, aut dannes, ab eanon secus quam
à fornicatione refili; neque prorsus hinc serpenti
requiem praestes, non locum, non ingressum, nō
initium. Loquere ad huiusmodi Draconem, at-
que his verbis lacesse, & malignissime seductor,
non ego ducem meum diuidicandum suscepi, sed
ille me: non ego illius, sed ille mei iudex est.*

*Neque hoc valde difficile erit ei, qui
Christū Dominū, cui obedit, quemque re-
ueretur, in Prælato suo assueverit intueri:
hæc enim cogitatio tantum in mentibus
ipsorum quoque Ethnicorum efficit, vt
honorē & obedientiā cuidam detulerint,
quem alioqui & hac & illo indignū repu-
tabant. Narrat Herodotus, author celebris,
exemplum ad hanc rem explican-
dam valdè opportunum, de Rege quo-
dam.*

*Herodo.
l.2.hist.*

T.
de vobis
etò, cur
ue supe-
o se velit
ioni im-
e sua er-
umento-
t minus
s sollici-
onem ut
Clima-
cum tibi
uum aut
us quam-
ic serpēti
essum, nō
nem, at-
reductor,
scipi, sed
x est.
ei, qui
nque re-
intueri:
entibus
ecit, ve
ulerint,
ū repu-
hor co-
plican-
ge quo-
dam

DE MORTIFICAT. 127

cam AEgypti Amasis nomine . quem
inter initia contemnebant AEgyptij, nec
vlius momenti ducebant , vt quod plebe-
ius fuisset, nec insigni familia ortus : Sed
hos Amasis ad se solertia, non asperitate,
perduxit. Erant ei cùm alia bona infinita,
tùm verò peluis aurea , in qua tam ipse,
quam omnes cōiuia semper pedes ablue-
bant: hanc ille cōfregit, ex eaque Idoli sta-
tuam fecit, & in appositissimo vrbis loco
statuit . AEgyptij simulacrum adeuntes,
magnopè venerabantur . Id Amasis fie-
xi à popularibus edotus , conuocatis AE-
gyptijs aperit, ex illa pelui , in quā primò
AEgyptij euomere, & in qua pedes ablue-
re consueissent, factum esse simulacrum,
quod tunc tantoperè venerarentur . Itaque
se aiebat perindè atque peluim esse factū:
qui si antehac fuisset plebeius , in præsen-
tiarum tamen esset rex, eoque iubere ; vt
sibi honor haberetur atque reuerentia.
Hunc in modū ad se traduxit AEgyptios,
ita vt æquum censerent, ei seruire . Hæc
Herodotus.

Quod si vnius hominis barbari ratio-
populis, moribus & ritu infidelibus, allata
euentutam felici accepta est: quid apud
Christianos & Religiosos efficere debet,
qui intelligunt & credūt id, quod Christus
Dominus ad hoc propositum significare
voluit,

128 DE MORTIFICAT

*Luc. 10.**Rom. 3.**B. Clim.
de obed.
grad. 4.*

voluit, cùm dixit; *qui vos audit, me audit,* &
qui vos spernit, me spernit & quodq; A postolus Paulus, cùm ait: *Non est potestas nisi à Deo,* & qui potest ati resistit, *Dei ordinationi resistit;* certū est, hanc vnicā rationē in illo Religioso plus efficiisse, quām aliam quācumq; qui, vt narrat B. Climachus in Monasterio quodā Alexādrię Monachis quāplurimis in culina ministrabat solus, cocci officium gerens, atque in hac administratione officij tanti laboris tantarumque distractionum, tantam semper retinebat pacem & deuotionem, quasi perpetuò vacarat orationi, cuius rei causam rogatus à Climacho, inter alia respondit: *Nunquam me hominibus seruire arbitratus sum, sed Deo.* Hac ipsa ratione persagitus quidam sanctus Monachus Laurentius dictus, annos habens octuaginta, in Religione verò quadraginta octo, qui publicum quodam & arduum opus à suo Abbatे sibi impositum executus est: qui postea à B. Climacho tunc presente interrogatus, an tūc, dum id exsequeretur, aliquam sensisset contra Abbatem cogitationem sinistram: respondit, se non solum nihil huiusmodi sensisse, sed potius representando sibi in persona sui Prælati, Christi imaginem, sibi penitus persuasisse, hoc præceptū non à terreno aliquo homine, sed ab ipso Deo fuisse

T
audit, &
Aposto-
tas nisi à
ordinationi
nē in illo
am quā-
s in Mo-
his quā-
us, coci
ministra-
nque di-
uebat pa-
ò vaca-
ogatus à
unquam
im, sed
quidam
ctus, an-
one verò
m quod-
sibi im-
B. Cli-
s, an tūc,
sensisset
nistram:
iusmo-
ndo sibi
aginem,
ptū non
so Deo
fuisse

DE MORTIFICAT. 129

fuisse profectum. Quo responso non so-
lum tunc Climacho satisfactum abundè
est, sed & nos apertissimè intelligimus,
quantam habeat efficaciam consideratio
personæ Christi in nostris superioribus,
quæ sola sufficeret ad remouendam ex a-
nimis nostris omnem cogitationem alienam
ab illa obedientia & veneratione, quā
illis debemus.

Neque villo modo negandum est, quin
Deus singularē omniū habeat protectio-
nem & curam eorū, qui tanto amoris affe-
ctu, tantaque reverētia seipso in superio-
rum manus resignant. Si enim Deus tan-
tam suscepit protectionem & custodiam
Iacob Patriarchæ, vt integrum Angeloi-
rum exercitum in illius misericordia tutelā, vt
ipse quodam cordis iubilo diceret: *Castra Gen. 22.*
Dei sunt hæc, eò quòd reliquisset domum
socri sui Laban: quid faciet seruo suo,
qui non solū parentes aut alias quasdā
res externas, sed seipsum quoque Dei a-
more, reliquit, & se purè ab eo per Mini-
stros suos dirigi & gubernari permitit?
Hoc videtur Propheta David in seipso
non sine interiori quodā gaudio sensisse,
cùm vanam peccatorū fiduciā daminans
diceret: Ego autem mendicāsum & pauper, *Psal. 36.*
Dominus sollicitus est mei; adiutor meus &
protector meus tu es, Deus meus. Quasi dice-

110 DE MORTIFICAT.

postquam ego in conspectu Dei meipsum humiliaui, omnibusq; mūdanis me priuauit subsidijs amore Dei, ipse mei suscepit curā, de me cogitat, meque singulari quādam sollicitudine defendit. Quæ verba eō magis Dei seruus usurpare potest, quo magis se, non solū Dei amore, omni exterio- rū rerū dominio sancta hac resignatione abdicavit, sed & seipsum quoque, ita, vt iam in seipso nullū aliud velit agnoscere dominiū, quād quod à suis superioribus conformiter diuinæ voluntati sibi exequē dum cognoverit. Quare meritò poterit de singulari hac Dei in se protectione gloria- ri, & ingenti animi voluptate sāpē prædi- eta Davidis verba usurpare: *Ego autem men- dicus sum. & pauper, Dominus sollicitus est. mei, adiutor meus & protector meus tu es, Deus meus.*

CAPV T. XIV.

De Indifferentia.

QUAMUIS homo, facta in superiorum manus sui ipsi? resignatione, eo mo- do, quo suprà dictū, nequaquā ad li- bitū valeat de se suisq; rebus disponere, sed iā obligatus sit ab eorū voluntate depen- dere: fieri tamen potest, & sēpe, quæ nostra miseria est, sit, vt prædicta resignatione non obstante, peculiari aliquo effectu du- citus, magis se sentiat propendere & trahi,

ad:

DE MORTIFICAT.

137

ad unum quoddam exercitationis genus,
gradum, aut locum, quam ad alium, ita ut
ob vim huius inclinationis non possit a-
nimum ad contrariam applicare sine a-
liqua notabili violentia; & consequenter
neque sine quadam etiam perturbatione
& inquietudine animi: quod fit, ut san-
ctum hoc iugum Christi, naturam suam suave,
reddatur graue, penitusque molestum. Vi-
sum est ergo & huic quoque infirmitati
remedium aliquod adhibere, quo homo
suauiter ad talem statum reducatur, ut ex-
tra omne periculum inquietudinis consti-
tutus, nec querat, nec velit, nec ad aliud
inclinetur, quam quod Dominus noster
ministerio superiorum ab ipso requirit.
Ultra praedicta igitur exercitia Renuncia-
tionis, Abnegationis, & Resignationis, ad-
demus & quartum, Indifferentiam, de qua
hoc capite.

Vt autem ab ipsa definitione incipia-
mus: Indifferentia propriè loquendo nihil
aliud est, quam animi quedam dispositio,
diurna Mortificationis exercitatione &
vnu acquisita, qua homo, postquam sibi
finem perfectionis spiritualis stabiliter prae-
fixit, ut ad eum contendat; in præstitutio-
ne mediorum, ad hunc suum finem perti-
nentium, statuit æqualiter se promptum ex-
hibere ad. utrumlibet, ut vel amplectatur

132 DE MORTIFICAT.

vel relinquat media, quæcunque, quo cun-
que tempore aut modo sibi à suis superiori-
bus significata ac præscripta.

Sed ut melius intelligatur id, quod in
ista descriptione continetur, notandum
est, quæadmodum nauta aliquis nauigatu-
rus, & iam nauim ingressus, perpetuò a-
spirare solet ad portum, quò tendit, &
quodam motu desiderio eò perueniendi,
singulis horis computat itineris spatium,
quod perfecit, quantumque sibi adhuc
superstit emetiendum, reliquas tamen curas
omnes Nauarcho relinquit, ita vt nec
manum remis admoueat, aut amoueat,
neque vela expandat aut contrahat, nec
villam demùm rem gerendam suscipiat,
nisi ex mente & præscripto Nauarchi: Ita
& Religiosus, postquam nauem Religiosi
status ascendit, potest quidē & debet inte-
gra voluntatis suæ determinatione ac inten-
tione aspirare ad finem sui status, qui est
perfectio, neq; illi licitum est esse ullo mo-
do indifferenter: in medijs vero, id est, vt
hoc aut illud agat, ad hunc vel illum gradū
euchatur, in hoc vel illo loco maneat; o-
portet illum esse omnino indifferenter
& indeterminatum, adeò, vt æquali prom-
ptitudine & tranquillitate animi acceptet
& exequatur tempore ac modo præscri-
pto, quidquid ad acquirendum hunc suum
finem

DE MORTIFICAT.

133

finem sibi fuerit à superioribus suis
iniunctum.

Hinc duo possumus colligere [documenta, quæ non parùm conducent ad pleniorē eorum intelligentiam, quæ de hac materia dicta sunt. Alterum est, quod sicuti electio nostra in rebus agēdis non est finis, sed mediōrum, quæ ad finem affleendum requiruntur, ut Angelicus Doctor docet; Intentio est inquiens, finis, sed electio mediorum: Ita Indifferētia alīcuius serui Deinon debet esse circa finem illius perfectionis spiritualis, ad quem ipse obligatus est aspirare, sed circa media tantum, quibus iuxta instituti sui rationem, vt debet. Alterum est, quod neq; circa omnis generis media indifferētia esse debet, quæ in hoc négocio possunt occurtere, sed necesse est, vt determinatè velit illa sola, quæ certò & determinatè nouit voluntati diuinæ esse conformia, vt sunt omnia illa, quæ sibi à lege diuina, ab Ecclesia Catholica, atque à statutis suæ Religionis præscribuntur, & è contraria determinatè nolit, imò abhorreat ab omnibus quæ determinatè nouit à voluntate diuina esse aliena: vt sunt omnia quæ ab ipso Deo in lege diuina, à SS. Catholica Ecclesia, atq; ab ipsis Religionis suæ statutis pari modo sūt prohibita. Ex quo mani-

124 DE MORTIFICAT.

festè colligitur, hanc nostrā Indifferentiæ propriè non habere locū, nisi in rebus dubijs & indifferentibus inter quas in æquilibrio standum est. Et sicut bilancem iustum esse dicimus & perfectam in suo genere, quando ex se non plus pendet ad vnam, quam ad alteram partem, sed est disposita & prompta, ut se se inclinet subito versus illam partem, cui cuiuscunque rei pondus aliquod, imponitur: ita dicendum est de seruo Dei, illum scilicet reuera tunc in hac virtute indifferentiæ esse perfectum, quando in prædictis rebus non plus propendet ad vnam, quam ad alteram partem, sed quod ad se attrinet, remanens in utrumque paratus, sentiunt ad illam inclinat partem, ad quam pondere voluntatis superiorum suorum sc̄ se trahi videt. Atque hoc est quod D. Bernardus significare voluit, cum in quodam sermone ita loquitur: Rogo vos fratres, diligenter attendite, quia nibil mihi occurrit, quod virili posse audiri, ubi certa est Dei voluntas, omnino nostra sequatur, in his videlicet, de quibus certum aliquid in scripturis inuenimur, aut ipse spiritus manus festè clamat in cordibus nostris, quid sentiendum sit; ut est charitas, humilitas, castitas, obediētia, hec approbamus indubitanter & appetamus, quæ Deo placere scimus inuictanter. ed & ea uniuersitatis odifice

D. Bern.
sermon.
Quomodo
voluntas
triplici
ter subijci
debeat.

DE MORTIFICAT.

125

odisse debemus, de quibus certum est, quod o-
derit ea Deus, ut est Apostasia, &c. In his
verò rebus, de quibus nihil certum possumus in-
uenire, nihil certum voluntas nostra definiat;
pendeat inter virumq; aut saltem neutri parti-
nimis adhuc erat, cogitans semper, ne forte alte-
rapars Deo magis placeat, & parati simus vo-
luntate eius sequi, in quamcunque partem eam
cognouiimus inclinari. Atq; in his dubijs, in-
quit idem S. Bernardus paulò post, benè
facit Dei seruus, Si voluntatem suam suspensam
tenuerit, donec Prælatum interroget, & ab eo
querat Domini voluntatem, cui vice ipius obe-
dit. Vbi manifestè ad viuum describitur
ab hoc S. Patre, ipsa indifferentia, de qua
hic agimus, ipsarumque rerum condicio-
nes, circa quas nos exercere debemus.

Quia verò omnia iam dicta possunt v-
niuersim ad quatuor capita reduci, nēpē,
circa loca in quibus Religioso commorā-
dum est; circa gradum, in quo Deo serui-
dum; circa officia aut ministeria obeūda;
& circa personas denique, quibuscum in
Religione plus aut minus est agendum; nō
erit, credo, inutile, de singulis breuiter ali-
quid dicere; & in specie declarare, quid ex-
tententia & consilio quotundam sancto-
rum Doctorum de his obseruandū & sen-
tiendum sit.

CAPV.

CAPUT XV.

De Indifferentia circa nostra domicilia.

PRimum itaque dico, Religiosum circa loca in quibus ei fuerit commorandū, tum ob ipsius bonum, tum ab aliorum exemplum indifferenter omnino esse debere. Si enim sincerè originem defecetus huius indifferentiæ inuestigare velimus, inueniemus eam ordinariè aut ab infirmitate animi, aut corporis, aut virtusque prouenire. Ab infirmitate animi quidem: quia facile accidere potest, ut si quis sentiat aliquam animi inquietudinem, ex quadā sua immortificatione & miseria oriam, amore proprio nondum sufficienter in se mortificato persuasus, huius inquietudinis originem non ut deberet, cognoscat, nec suis attribuat passionibus, sed causis quibusdam externis loci illius, ubi habitat, aut etiam personarum quibuscum habitat: Quapropter cum hanc suā infirmitatem vnu mortificationis curare deberet, loco: um mutatione importunè à superioribus flagita, sanare tentat. Et sicut homo ad curandum grauem stomachi dolorem, quem patitur mutando sèpè locum aut lectum, frustrà laboraret: Ita iste, cùm secum, quo-cunque vadit, causam suæ inquietudinis, quæ est passionum immortificatio, cir-

cum-

DE MORTIFICAT.

137

cumferat, poterit quidem ex loci nouitate aliquod sentire leuamen, minimè tamen diuturnum: quia vera causa morbi, quam in seipso habet, non est ablata, sed pristinas vires retinet. Quo sit, ut eadem de causa, qua prius, nouam rutsus loci mutationem postulare compellatur, quæ si non fuerit concessa, intolerabilis euadit: si vero & hæc fuerit concessa, perpetuo, & magno tum ipsius quietis quam querit, & locorum etiam, ubi morabitur, præiudicio, circumibit vagabundus.

De his S. Basilius diuinè scribit his ver. D. Basili. bis: Illi deuitandi sunt, qui instabiles idem in Constit. tidem locum demutant: & modò ad hos, modò tut. Mo. ad illos fratres se conferunt, & irrequieto acti nast. c. 8. impetu, se in circumflustrandis assidue Mondsterijs occupant. Horum volucris animus continenter fabbris veluti quibusdam pulsatur, horum consilia similia vespertilionum volatibus sunt. Quippe qui in directum nunquam feruntur, sed tortuoso, & incerto maximè volantur, illucque temere pererrant ac circumuagantur. Hæc S. Basilius.

Beatus item Climachus in eandem sententiam de istis loquens, ita scribit: Qui de obed. promi ac faciles ad migrationem, mutationem grad. 4. que locorum sunt, improbi omnino indicantur, nibilque ita boni operis fructus consuevit obtinere,

138 DE MORTIFICAT.

dere, ut locorum crebra mutatio. Et merito quidem, quandocumque enim non ex obedientia iussum, sed propria voluntate tales mutationes frequentantur, non sine graui dispendio fructus nostrorum bonorum operum, manifesto autem indicio exiguae virtutis, fiunt. Talis enim homo, qui pedem certo loco figere non consuevit, inconstantis etiam animi praebet argumentum. Et quemadmodum,

D.Basil.
in Conſti-
tut. Mo-
nog. c. 7.

Animi ſedatio virtutis eft argumentum certiffimum, ita haud temere dici potest, animi inquietudinem e contrario esse virtutis tenuis argumentum certiffimum. Et quod peius eft, tales exiguum valde praebent ſpem emendationis, dum in hoc errore versantur; quo inquietudinis causam alijs tribuunt, que plerumque in ipsis reſidet. Dum enim in aliis, inquit Cassianus, erroris nostri vertientes causas, nunquam ad patientie ac perfectionis calcem valebimus peruenire. Idcirco idem Cassianus caput inſequens ita concludit; *Summa igitur emendationis ac tranquillitatis nostrae non eft in alterius arbitrio colloquanda, quod nequaquam nostrae ſubiacet potestati, ſed in nostra potius ditione conſtitit.* Radix ergo & origo ipsa huius morbi curanda eft, que eft immortificatio, & animi inconstantia, si tranquillitate & quiete Religioso ho-

Cassian.
de Instit.
l.8.c.15.

minis

DE MORTIFICAT. 139

mini summè necessaria gaudere velimus.

Amplettenda nobis igitur quies est, ait, S. Basilius.
& in suo cuique assignato ad habitandum loco, fortiter perdurandum, qui videlicet, hoc ipso animi sui habilitatem testatam faciat.

in Constitut. c. 7.

Si verò hæc locorum mutatio, quæ pretenditur, ex infirmitate corporis proueniret, cui non raro, cœli mutationem medicina fieri consuevit; tamen hoc etiam casu plurimi solent interuenire errores & illusiones. Nam si ad talēm mutationem naturali quodam & priuato moucamur affectu, inclinatione videlicet illa naturali, quam habemus ad conseruationem nostram: dico, mutationem talēm, cum anxietate quadam ac nimia solicitude procuretur, ut facilè fieri potest, raro aut ferè nunquam sine culpa aliqua, & manifesto indicio proprij amoris fieri posse: *Suijpsius causa solicitum esse, inquit S. Basilius, hoc crimen est hominis seipsum a mantis. Tuncque potissimum, quando eō usque ventum est, ut Religiosus iam non sit contentus propter valetudinem, vnum aut alterum vnius prouinciarum mutare locum, sed ad prouinciarum regnotum, quæ remotorum mutationem aspiret, ut tandem aërem suo sensui conuenientem inuicire possit, nihil interim curans*

*D. Basilius.
Reg. brevior. 292.*

EXPLOR.

expensas quæ sunt, aut deuotionem & spiritum, qui per huiusmodi vagationes facile amittitur, ac deperditur. Et, quod sine rubore dici non potest, quod multi ac potentes principes & proceres non faciunt, ad conseruationē vitæ, à qua integra Imperia & maximi principatus pendent, hoc Religios⁹ affectat & procurat, qui pauperitatem proficitur, quique ex obligatione, qua tenetur aspirare ad perfectionem, magno animi sensu dicere perpetuū cum S. Paulo deberet *Mibi vivere Christus est, & mori lucrum.*

Dixerit fortasse aliquis se, non moveri ad eiusmodi locorum mutationem, effectu quodam particulari, sed solo zelo boni communis, cui multum prodesse posset, si hoc modo suā recuperaret sanitatē. Huic respondeo, curam communis boni, eamque rerum, quæ ad ipsius valetudinem faciunt, spectare ad superiores, quibus ipse licet quidem proponere potest id, quod ad maius Dei seruitium, ac valetudinem suam tam corporalem quam spiritualem conseruandam, sibi iudicat conuenire: sed si hoc, magno suo merito, ac sine periculo maioris mali facere velit, magna id humilitate faciat, talique indifferentia, ut promptè cupiat acceptare, magna animi tranquillitate, tanquam de manu Dei,

omne

Omne id, quod sibi à superioribus fuerit
constitutum.

Et in tali casu deberet superior id agere,
quod S. Basilius monet, cùm ait: *Ipse etiam
Antistes reliquorum fratrum, veluti charisi-
morum filiorum curam suscipiens, diligenter,
quid eorum singulis opus sit, considerabit, &
quæ conuenire visa fuerint remedia, curatio-
nesque, quantum potuerit, adhibebit: Id verò
tali cum affectu ac solicitudine Prælatus
præstare debet, vt ipse suos subditos præue-
niat, prospiciendo illo: um necessitatibus,
præcipuam verò eorū h[ab]eat curam, qui
de seipsis in inus sunt solliciti, tā in ijs quæ
ad necessitates quietis spiritualis, quām in
ijs, quæ ad valetudinem corporalem spe-
stant, ita, vt ipsi hoc modo, in sinum pa-
ternæ suæ charitatis omnem harum rerū
solicitudinem proiicientes, solummodo
ea curent, quæ ipsis ad acquirendam spiri-
tualem perfectionem sunt necessaria.*

D. Basili.
in Consti-
tut. c. 28.

*Quia verò contrariorum eadem est discipli-
na, vt inquit Philosophus, aduertendū est,
quod sicut reprehensione non caret, in
Religioso, defectus Indifferentiæ, circa lo-
ca suorum domiciliorum, ob frequentem
mutationem, quam indiscretè prætendere
& procurare posset, vt iam dictum est: ita
eandem ob causam reprehendendus esset
in Religioso defectus contrarius indif-
fentiæ.*

rentiae, si, verbi gratia, vni loco ita esset affixus, vt non eandem sentiret facilitatem & promptitudinem, si superiorum mandato, alio migrandum esset, posset enim in tanta incommoda & pericula incidere, quanta in contrario defectu Indifferentiae comprehendi diximus. Ut igitur hoc caput absoluam, precor omnes Religiosos, vt in hac sancta Indifferentia acquirenda ita elaborent, quemadmodum ex ipsius necessitas postulat.

CAPUT XVI.

De Indifferentia circa exercitia, & Ministeria Religionis.

Indifferens prætere aesse debet Dei seruus circa omnia Religionis exercitia ac ministeria, eaq; acceptare & exercere magna animi propititudine & alacritate, quæ sibi fuerint iniuncta, non lucrum ullum aut proprium gustum, sed solum Dei servitium, bonumque commune spectando aut quærendo, memor dicti S. Basilij, cùm ait: *Quidquid quisque ex proprietate voluntatis arbitrio facit, id cùm facientis proprium sit, alienum est à cultu pietatis.* Et alio loco: *Amarantem suipius se esse quis agnoscet, si, quæ facit, commodi sui causa facit, licet quod fiat, ex mandato sit.*

Quapropter quanto minus de nostro in ele-

S. Basili.

Reg. bre-

uior 138.

Idem Re-

gul. bre-

uior. 54.

T.
ita esset
facilita-
eriorum
posset e-
cula inci-
Indiffe-
t igitur
es Reli-
ctia ac-
modum

Ministe-

Dei ser-
xercitia
exercere
acritate,
rum vl-
um Dei
spectan-
S. Basili-
proprie-
tatis pro-
Et alio
gnoscet,
cet quod
nostro
in ele-

DE MORTIFICAT. 143

In electione ministeriorum & execritionum,
quæ nobis mandatur, interuenit; rato plus
spud Deū nostrū meriti cōsequemur, eius
que cōmunitatis, in qua viuimus, admini-
strationem reddemus faciliorem. Nihil est
enim quod tam superiorem in rerum ad-
ministratione molestat, subditosque per-
turbet, & inquietudinis damniq[ue] spiri-
tualis occasionem suppeditet, quam si
religiosus pertinaciter illa ministeria affe-
ctet, ad quæ non est aptus: aut recusat, vel
inuitus suscipiat ea, quæ tanquam sibi ma-
gis cōuenientia & consentanea à superio-
ribus imponuntur.

Pro hac re tanti ponderis confirmanda
nescio, quodnam eidētius argumentum,
adduci possit, ipsamet experientiā grauis-
simorum damnorum inde quotidie emer-
gentium; & eo, quod D. Basilius, huius rei D. Basil.
Reg. bre-
experientissimus, diuersis in locis indicat. uior. 117.
Interrogat enim quo morbo laboret ille,
& an tolerandus sit, qui quotidiana exer-
citia sibi à superioribus imposta, exercere
recusat, his verbis respondit: Qui huiusmodi
est, is & contumax, & sibi met ipsi placens, &
infidelis est.

Interrogatus idem, an Religioso mini-
steriū sibi à superioribus assignatum recu-
lare, atque aliud postulare licitum sit
ita

ita respondit: Cum obedientia usque ad mortem seruari debeat, qui, quod sibi assignatum est, recusat, & aliud ab eo diuersum exquirit, pri-
mum hic omnino obedientiam violat, & operie
declarat, nequaquam seipsum abnegasse, tum
etiam aliorum complurium malorum cum sibi,
tum alijs auctor existit.

Cassian.

lib. 4. In

tit. c. 14

Huic S. Basili sententiæ adiungi potest illud Cassiani, quod refert de SS. Paribus religiosis Scithi: Inter quos, inquit, nunquā peculiare opus, non dicam affectu, sed nec cogitatione quidem ab aliquo penitus affectabatur. Hinc manifestè colligitur, quanti semper habita fuerit apud antiquos Patres, hæc sancta Indifferentia, & quam procul absint, quamque parum obligationi sui professionis satisfaciant illi, qui in electione exercitiorum nō se superiorum, vt decet, voluntati accommodant, sed illam quasi vi quadam in suam trahunt voluntatem, contra omnem rationem ac regulam boni regiminis. Quoniam autem eorum auctorum, quos pro nostra sententia adduximus, tanta est auctoritas, vt absque alijs rationibus cuius prudenti, atque à contumacia alieno satis persuadere possit huius indifferentiæ præstantiam, vt eā toto corde affectu amplectatur, in illa pluribus commendanda diutius hīc non immorabor.

CAPVT XVII.

De Indifferentia circa officia honorifica &
gradus.

Quod præterea Dei seruus circa offi-
cia honorifica & gradus, qui in Reli-
gione ad Dcī obsequium & Religio-
nis bonum, ab ipsa Religione conserri so-
lent, indifferentes esse debet, tam certū est,
vt sine periculo erroris negari non possit.

Caveat omni ratione pietatis cultor, inquit S. D. Basilius.
Basilius, ne honores conseletur, ceterisque se in Constitu-
tione velit. Huius rationem adferat alibi tut. Mo-
his verbis: Reddere quidem honorem iuspi su-
mus, querere autem honorem vetiti. Ostendēs 24.

verò quām graui salutis periculo exponā-
tur, qui ambitionis vicio miserè seruiunt,
hæc grauissimè scribit. Sine dubio, qui in
huius vitij potestate est, is eodem planè cum
diabolo malo laborat. Nam, vt paulò infra Ibid. c. 9.
testatur, hæc quoque animi pestis est grauissi-
ma, & rerum bonarum exterminatio.

Idcirco inuenimus multos sanctos vi-
ros non solum hęc honorifica officia non
ambiuisse, sed summo studio etiam, cùm
ad ea fuissent electi, recusasse. Et vt alia o-
mittamus exempla, satis sit, illud adduxi-
se, quod refert Cassianus de Magno Abba. Caffl. 4.
te Pynuphio his verbis: Vidimus Abbatem Institut.
Pynuphium, qui cùm esset immanis Cenobij cap. 20.

G presby.

146 DE MORTIFICAT.

presbyter, quod est in Aegypto, & pro ipsa reverentia vel vita sua, vel etatis, vel Sacerdotij cultis honorabilis ac venerabili existet, &c. clam fugiens de Cenobio, secessit in Thebaidum ultimas partes, ibi deposito habitu Monachorum, assumpta seculari ueste, Cenobium Tabernaculorum expetiit, quod sciebat cunctis esse distractius, & in quo se credidit, vel pro longitudine regionis ignorandum, vel pro magnitudine Monasterij, ac multitudine fratrum, facile posse celerari, ubi diuissimè pro foribus perserans, cultorum fratrum genibus prouolutus, si susciperetur summis precibus exorabat, cumque multo despectu tandem fuisset admissus, quod scilicet decrepitus senex, & qui omnem suam peruxisset etatem, ingredi Cenobium postularet, quo tempore iam ne deseruire quidem suis voluptatibus praeluleret; ac ne hoc quidem ipsum causa Religionis, cum expetere affererent, sed famis & inopia necessitate constrictus, ut seni, nullique operi penitus apto, horti cura, diligentiaque mandatur, quæ sub alio fratre ianiore exercens, sic eidem subdebat, ut non solam ea, quæ ad horti diligentiam pertinebant, verum etiam universa officia, quæ cultis erant aspera vel indigna tota quotidie sedulitate compleret, Cumque ibidem triennio delitescens, dispersis per universum Aegyptum ubique fratribus, quereretur, à quodam iadem, qui de Aegyptii partibus commicari, vix potuit pre humilitate habitu

T.
ro ipsa re-
sacerdotij
teret, &c.
Thebaidi
Monacho-
rum Tab-
unctis esse
el pro lon-
ro magni-
atrum, fa-
rib⁹ perse-
rouolutum,
abat, cum
issim, quod
nem suam
n postula-
uidem suis
uidē ipsum
erent, sed
ū, vt senti-
a, diligenter
aniore ex-
m ea, qua
rum etiam
era vel in-
eret, Cun-
is per vni-
querere-
i partibus
te habita-
fūb

DE MORTIFICAT. 147

sui, ac vilitate officij, quod gerebat, agnoscit.
A quo vniuersi fratres prioris ignoratiæ ventâ
postulantes, inuitam ac flentem ad proprium Cœ-
nobium reduxerunt: Vbi cùm fuisset modico
tempore dimoratus, eodem ruisus humilita-
tis desiderio atque ardore succensus, ita diffugit,
vt iā non vicinâ prouinciâ, sed ignotas & alie-
nas longeque disiatis regiones expeteret. Nam
conscendens nauem in Palestine partes cōmeas-
re festinavit; ubi permodico tempore delitescens,
diutius abscondi non potuit: Nā continuò quidâ
fratrum, qui ad loca sanctâ de Aegypti parti-
bus, orationis causa, conuenerant; agnatum eum
summa vi precum ad suum Cœnobium renoca-
runt Hec Cassianus de Pynuphio.

In quo exemplo expressè obseruatum
esse videtur id, quod S. Basilius ab uno
quoque Religioso requirebat his verbis:
Non modò honores vltro ipse sectari non debet;
sed ne oblatos quidem admittere, potius que
recusare atque reiçere, ne consequentis vita
gloriam, presentis honor imminuat.

D. Basili,
in const.
cap. 24.

Vellem quoque cuius Dei seruo firmi-
ter persuasum esse, serio, cumque intimo
humilitatis affectu huiusmodi speciosa
officia repudiare (Si nulla acceptandi ob-
ligatio à superioribus profecta vrgeat)
non vergere in præiudicium Indifferen-
tiae, de qua disputamus: Sed potius hac
affectione ipsam indifferentiam, & plures

alias virtutes mirum in modum augeri, magnique esse meriti, quemadmodum multi sancti viri, de quorum iudicio ac perfectione dubitari nec potest nec debet, senserunt, suisque exemplis testati sunt.

Posset vero alicui in mentem venire rationibus praedictis Religiosum nequam prohiberi, quod minus ad nonnullos gradus in Religione aspiraret, ad illos nimis, qui ipsum ad maiorem cum Deo & Religione ipsa coniunctionem iuuent, eumque ad grauiora Dei obsequia aptum reddant; vel saltem ut nescio quam notam, quae ex diuturniori vita sine his gradibus traducta sibi inuri posset, euadat.

Cui respondeo, ut proprium est seruorum Dei emulari charismata meliora, ut ait Apostolus, ita potentissimum telum est (quod ut plurimum diabolus in Religiosos vibrare solet) ipsis persuadere, ad obsequium Dei bonumque commune pertinere, quod proprius amor, gustusque noster priuatus nobis suggerit. Hæc enim passio velata quasi pannis quibusdam, ut operis, ita & coloris pretiosi simul & religiosi, teneriores agit radices in animis nostris, eoque impellit hominem, ut majori importunitate & audacia, ea quæ sigerit,

gerit, procuret: Ex quo ordinariè sequitur, vt cum hoc modo ad gradus altiores aspiramus, amittamus illius gustum, in quo versamur; & quia neque in hoc gradu quietem inuenire, neque alterum, quæ illicite quaerimus, adipisci valemus; nos ipsos in omnis inquietudinis ac melacholice abyssum sponte præcipitamus, vt maximo nostro dâmino, aliorumque scandalo illud ipsum in nobis verè experiamur, quod D. Augustinus significat, quando *S. Augu-*
ita cum Deo loquitur: Iustisti Domine, & li. i. con-
fic est, vt pœna sua sibi si omnis inordinatus a feß. c. 12.
nimum.

Considerare quoque deberent isti, nulla re magis hominem decipi, quam proprio rerum suarum iudicio, præser-tim cum circa materiam propriæ existi-mationis versatur. *Nihil est facilius, quam seipsum fallere*, ait S. Basilus, quod qui que *S. B. fil. in sibi ipse benevolus est Iudex, & quæ iucunda Constituunt, utilia indicat.* Imò hoc ipso, quod quis *cap. 21.* non nimium fudit iudicio ac meritis, seq; gradu huiusmodi idcirco dignū reputat, in conspectu Dei atque hominum seipsum reddit indignissimum.

Quod si cui fortè veniret suspicio, se alijs postponi, ac negligi, neq; cum alijs suo tempore promoueri, (quæ tamē ab hominibus sani iudicij procul abesse debet) ea

150 DE MORTIFICAT.

ipsa potius illi stimulus esse deberet vi-
uendi in religione ob amorem Christi,
quam alicuius causa tristitia; & incita-
mentum hoc, ut omnes defectus, qui for-
tè in ipso animaduertuntur, exuat, morū-
que ac vitæ integratæ comparandæ in-
dies alacrius insitiat, sequetum hac, tum
alijs consolationibus indies magis dignū
efficiat.

Sed ut ex his inuolucris verè emer-
gemus, omnino tenendum est id quod S.
Basiliius dicit, quemadmodum potestatem sui
ipsius ne ad punctum quidem temporis habere.
Monachus debet ita ne cogitando quidem
quicquam de se, vel de rebus ad se specta-
tibus disponere, sed se sicut instrumentum
artificis habere debet, quod loco
non mouetur, quo possum est, nisi quan-
do & quomodo artifex voluerit. Par-
tendo cum Religiosus sit quasi instrumen-
tum suæ Religionis, debet ipse, quantum
in se est, in illo loco & gradu manere,
in quo collocatus est, neque aliam muta-
tionem aut promotionem expetere nisi
quando, quomodo & ubi videbitur re-
ligioni suæ, ijsque, qui eam gubernant, in
Domino conuenire; quibus deinde in-
cumbit obseruare, quod illis S. Basilius
inculcat, cùm ait: *Qui infamilia ceteris præ-
est, & vniuersis, que facere illos oporteat,*
descri

S. Basili.
in const:
cap. 27.

S. Basili.
Reg. bre-
vior. 303.

A T.
reberet vi-
n Christi,
& incita-
, qui for-
at, morū-
andæ in-
hac, tum
gis dignū
rē emer-
d quod S.
statem suis
is habere
o quidem
se spectā.
strumen-
tūd loco
isi quan-
it. Par-
instrumē-
quantūm
manere,
m muta-
cere nisi
bitur re-
nant, in
inde in-
Basilius
teris præ-
porteat,
descri

DE MORTIFICAT.

describit, maiore quadam cum animaduersione administrare munus debet, solliciteque, & ut pars est, in singulis aduigilet, quo pacto videlicet conuenienter voluntati Dei & accommodata ad naturam facultatemque vniuersitatisque, habita communis boni ratione, munera singulis describat, imperetue. Atq; hoc modo occulta manebit illa porta, quā nonnunquā inquietudo magna in Religionem irrepere solet; & contra verò omnes, qua pars est, pacem ac deuotione Deo famulabuntur,

CAPVT XVIII.

De Indifferentia in Conuersatione.

Quoniam sancta hęc Indifferentia, de qua agimus, etiam in communi personarum conuersatione, quibuscum viuimus, locū habere potest, quādo videlicet cū ipsis indifferenter ac sine vlla nota particularis alicuius affectus cōuersamus, visum est mihi huic tractatui adiūgere, ea quae S. Basilius de hac materia diuersis in locis scripta reliquit. Ita ergo quodam loco loquitur. *Quoniam autem æquali inter se S. Basilius' viciūm charitate amplecti omnes debet, iustitia violatur, quotiescumq; in communi cōuentu Institutum priuatae aliquæ coitiones reperiuntur, aut sodalitates; Qui enim vnum aliquem magis quam cæteros diligit, is quod nō perfectè cæteros diligit, de se ipso indicio est. Quocirca similiter ex*

152. DE MORTIFICAT.

conuentu reijsienda sunt & turpis contentio,
 & amor ipse singularis, siquidē ex contenione
 odium, ex amore autem singulari, sodalitateque
 suspicione, inuidiaque oriuntur. Quibus ver-
 bis S. Basilius apertè declarat, hanc sin-
 gularitatem affectus & conuersationis in
 communitate aliqua religiosa, esse con-
 tra communem charitatem & iustitiam;
 atque ideo sine graui charitatis, concor-
 diæ, ac boni communis illius loci prejudi-
 cio, tolerari non posse.

Basil. in
constit.
cap. 29.

Alibi verò ita dicit S. Basilius: Charita-
 tem quidem habere inter se mutuam fratres de-
 bent, non ita tamē, ut duo tresū seorsum à cete-
 ris sodalitatem inter se coēant, quandoquidem
 hoc non charitas est, sed distinctio. & disidiū,
 & eorum qui sic coēunt impropositus indicium;
 Si enim communis decū disciplinae charum ha-
 berent, qui tales sunt, sine dubio communem,
 & qualemque aduersus omnes charitatem tene-
 rent. Hæc S. Basilius.

Bona. in
speculo
discipl.
cap. 6.

Idem S. Bonaventura docet, cū inquit:
 Estō omnibus benignus, nemini blandus, paucis
 familiaris, omnibus & quiss; Indicans autem
 quales esse debeant iij, quibus prædicta fa-
 miliaritas, permitti possit, paulò pōst adiū-
 git; Si familiarem admittis, si, quem et as, mo-
 res, discretio & honestas insignit. Beatus itē
 Laurentius Iustinianus tractans de disciplina
 religiosa, ita in hūc finem scribit. So-
 ciales

Iustinia.
 de discip.
 Monast.
 cap. 22.

cialis naturæ cum sit homo, & socialiter viue-
re gratuletur, ita prudenter regenda est, vt &
naturæ subsidium, & spiritus non patiatur de-
trimentum.

Verum quamvis fieri possit, vt quis
cum alijs familiariter conuersetur ex qua-
dam Sympathia, quam habet erga ipsos;
aut bona etiam intentione & zelo, quod
maiorem fructum spiritualē & consola-
tionem ab his, quam ab alijs, ex tali con-
uersatione soleat percipere, atque idcirco
non facilè repudianda videatur esse hæc
singularitas in conuersando; cum in præ-
dictis casibus fructuosè, aut saltem non
admodum infructuosè retineri & usur-
pari possit: Nihilominus respondeo; duo
hæc vocabula *Sympathiam* & *Antipathiam*,
vt significant certos affectus naturales ca-
nis & sanguinis; ordinariè non bene so-
nare in ore illorum, qui vitam profiter-
tur spiritualem, neque aliter in nobis
locum habere debere, nisi quatenus cum
rectitudine rationis ac spiritu religioso
conueniant. Quia verò hæc singulari-
tas conuersationis cum certis personis,
ferè nunquam rectitudini rationis ac spi-
ritui reuera Religioso conformis esse se-
llet; sequitur titulo hoc *Sympathie* in ca-
su prædicto nos excusari non posse: i-
mò potius perspicuum est, nos nimis cu-

154 DE MORTIFICAT.

iusdam indulgentiæ erga appetitus carnis
& sanguinis condemnari. *Qui enim*, inquit,
D. Basilius, *in rebus huiusmodi naturam se-*
quirit, is planè declarat se ipsum nondum ex-
toto à natura receſſe, sed adhuc sub corporis
dominatione remanere.

Neque singularitas conuersationis ex-
bona mente & zelo excusationem admit-
tit, quando talis, cùm animaduertit ex hac
sua singularitate se alijs esse offenditioni
& scandalo; nihilominus in ea perseue-
rat, neque ab ea se deduci patitur, sicut
prudentissimè à quibusdam Religiosis sui
temporis factū esse Climachus affirmat;

Climac.
de discr.
grad. 6.

Vidi iuxenes, inquit, *se inuicem castissimo*
amore, ac secundum Deum diligentes, qui ta-
men, dum aliorum conscientiam inde lœdi con-
ſpicerent, conuenit inter eos, ut se ab inuicem
ad tempus elongarent. Et rectè quidem. Quia,
ut ait S. Bernardus, ſæpe dum mutatur locus,
mutatur & mentis affectus.

Neque mihi persuadere possum, talem
zelum bonum esse, & secundum charita-
tem, qui hominem ad proprium suum
commodum cùm notabili offenditione mul-
torum inducit: Deinde, licet zelus hic
non eſſet malus, neque ipsa conuersatio
reprehendēdā; ſatis tamen alicui eſſe debo-
ret, ad hanc familiaritatē deferendam
cū videt eam ſine detrimento commu-

S. Basil.
Term. de
Institut.
Monach.

Bern. ser.
6. ad soro-
rem.

DE MORTIFICAT.

nis ædificationis continuari non posse.
Quod & Beatus Iustinianus satis aperte
significat, quando de hac materia loquens,
ita concludit; *Proinde intercidenda est aſſiſtia. Maſſidua & priuata conuersatio in Collegijs ſer- naſt. c. 20.*
I. Hinc lib. de dicitur.
norum Christi, quæ quanquam in nullo alio
reprehensibilis fit, fine proximorum tamen
ſcandalō fieri nequit. Ethoc eò citius fieri
debet, quò ſæpius contingit, affectum hūc
singularē, qui in principio merè spiritua-
lis videbatur, in iſtu oculi in ſensualem
tranſmutari, cum nescio qua mentis ob-
fuscatione & extinctione ſpiritus. Quod
daminū nobis S. Basilii grauiſſimis ver-
bis ob oculos ponit. *Iuuenis, inquit, fine*
ſtate, fine animo fueris, & equalium tuorum con-
fuetudinem defugito, ab illis q; te non feci at q;
ab ardentissima flamma procul abducito, quan-
doquidem illorum opera vſus aduersariu, ple-
rosque olim incendio dedit, & ſempiterno igni
cremandos addixit, ac ſpiritualis videlicet pri-
mō charitatis vana quadam ſpecie illeſtos, in
teterrimam poſtea Pentapolitarum voraginiem
præcipites deturbarunt.

Quod si sancti iſti viri ſuis temporibus, quibus Religioſe discipline rigor, ſan-
cta que Simplicitas, tantum florebat, a-
deò periculosaſ cenebant hanc affectus
singularitatē, vt ex prædictis eorum
ſententijs grauiſſimis, appetat, quanto ma-

S. Basil.
ſerm. de
abdicat.
rerū hu-
ius vita.

156 DE MORTIFICAT.

gis nobis, corrupto hoc seculo, à dama-
nis huius abusus cauendum est; occurren-
dumque tempestiuè discreta quadam cha-
ritate, & matura prudentia. Id tamen in-
terim animaduertere oportet, ne nimia
cautela simplicium mentes offendantur,
neque è cōtrario nimia securitate illis in-
commodis locus detur, quæ inde proue-
nire possent.

CAPV. XIX.

*De differentiā p̄dicatorum quatuor
exercitiorum.*

CVM sit proprium Mortificationis of-
ficiū, omne à nobis perfectionis im-
pedimentum amouere, vt superius di-
ctum est; nō est dubiū, quin p̄dicta qua-
tuor exercitia Renunciationis, Abnegationis,
Resignationis & Indifferencie, sint quædam
ipsius Mortificationis instrumenta, qui-
bus illa ad finis ac propositi sui execu-
tionem vtatur, cùm singula eò spectent, quod
ex eorum explicatione constat, vt Dei
seruum ab omnibus tam interioribus, quā
exterioribus liberent impedimentis, qui-
bus fortassis retardari posset. Desideran-
ti tamen exactius, ac magis speciatim sci-
re horum quatuor exercitiorum differen-
tiam, in quonam videlicet consistat; hoc
do responsū, facile hanc differentiam ex-

DE MORTIFICAT. 157

ex fine, quem singula spectant, posse defumi. Renunciatio enim eò spectat, vt hominem à rerum exteriorum, vt diuitiarum, ac patriæ, parentum, amicorum ac similium inuolucris expediat; quæ, vt ait D. Gregorius spinarum instar mentem nostram dilacerant, & ea quiete interiori priuant, quæ ad consecrationem deuotionis est necessaria.

Abnegationis officium est, ab impedimentis interioribus, vt sunt concupiscentia carnis, & animi affectus inordinati, nos liberare, à quibus eò maiora nobis imminent pericula, quò insolentes sunt, minusque ab illis se iungi possimus:

Resignatio nihil aliud spectat, quam Dei seruum superioribus suis ita subdere, vt nihil ille velit, quod non cum ipsorum voluntate, ad maius Dei obsequium & suipius commodum spirituale, prorsus concordet. Quia verò hæc Resignatio promptitudo quædam est, & bone voluntatis atque intellectus nostri dispositio, facile potest contingere, vt non obstante tali resignatione communi, quando venitur ad executionem particularem eorum, quæ à nostris superioribus sunt iuncta, sensus, per quem executio fieri debet, repugnet, atque ita recalcitret, vt

158 DE MORTIFICAT.

aliquando experietur quis illud, quod Apostolus Paulus in se ipso sentiebat cum diceret: *Non quod volo bonum hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago:* Idcirco ponitur Indifferentia, quartum & ultimum exercitium, cuius officium est hominem ita afficere, ut sineulla differentia aut difficultate re ipsa amplectatur & exequatur id, quod Deum Dominumque nostrum, suosque superiores ab ipso, quomodounque ac quandocunque, velle intelligit.

Itaque, ut uno verbo concludamus, horum exercitiorum differentia ex diuersis eorum finibus, ut dictum est, colligitur; Primum, respicit exteriora. Secundum, interiora. Tertium, disponit & ordinat hominem erga suum superiorem. Quartum, reddit hominem erga eas, quae a superioribus mandantur, indifferentem. Et haec sunt, quae de his quatuor exercitijs, eorumque differentia tradere voluimus.

CAPUT XX.

De insigni quodam interioris Mortificatio-
nis effectu, compositione scilicet ho-
minis exterioris, eiusque
decoro.

Quando aliquem vocamus humilem, nihil aliud hac voce significare volamus, quam in ipso esse virtutem humilitatis.

DE MORTIFICAT.

159

militatis : quando patientem, in ipso itidem dicimus esse patientiae virtutē. Quando verò aliquem vocamus Mortificatum : tacitè significamus huiusmodi non solū esse humilem & patientem, sed sobrium etiam, castum, obedientem, mansuetum, temperantem, & vt paucis dicam, omnibus quasi virtutibus moralibus præditum. Quia cum Mortificationis proprium sit officium, omnes inordinatas passiones, habitusque vitiros ex animis nostris extirpare, sequitur necessariò, hominem verè mortificatum, habere animum à vitijs cunctisq; passionibus, quæ virtutibus sunt contrariæ, purgatum. Eadem enim mortificatione, vt docent sapientes, qua vnum extirpatur vitium, contraria illi vitio virtus magna ex parte inseritur.

Ex hoc igitur virtutum apparatu atque interiori quiete, beneficio Mortificationis cōparata, resultat in exteriori hominē, hoc modo mortificato, insignis quidam & effectus, qui est certa maturitas & grauitas exterior, & compositio mirabilis, quam nos communiter modestiam vocamus, virtutem videlicet à magnis viris semper magni habitam, summisque laudibus exornatam. Quia cum corpus nostrum naturali vinculo sit cum anima arctissimè coniunctum, naturaliter quo-

160 DE MORTIFICAT.

quoque secundum sui capacitatem, ab illa bonum malumque participat, quod sapiens manifeste significauit, cum ait: *Cor hominis immutat faciem illius sive in bona, sive in mala.*

Eccles. 13. Quemadmodum enim post uniuersalem Resurrectionem mortuorum, ex interna gloria animarum beatarum in celo, splendor quidam externus in ipsum corpus manabit, ut & aliae quoque qualitates gloriosae; ita proportione quadam ex compositione & quiete interiori animae nostrae in hac vita; sancta quedam compositione & modestia per modum sequelae in ipsa corporis nostri exteriora redundare solet; quæ tanquam virtus ad proximorum edificationem valde conducens, meo iudicio, magni facienda, ac studiosè procuranda est. *Studiose dico:* quamuis enim inter grauissimos semper errores numerauerim, & adhuc numerem, cum quis de exteriori sui ipsius compositione nimiam habet curam; ac superflue sollicitus est, ob finem aliquem sinistrum & vitiosum, ut Scribae & Pharisæi tempore Christi faciebant: mihi tamen semper persuasi, magni esse momenti, valdeque laudabile, ut personæ Religiosæ & Ecclesiasticæ piae cæteris in exteriori compositione studeant tales videri, quales eos esse

vitæ

ab
d sa-
Cor
a, si-
rsfa-
ter-
or-
ates
ex
mæ:
om-
elæ:
da-
no-
neo-
ro-
im-
ne-
uis-
ni-
tus-
io-
ris-
ua-
ua-
ia-
io-
sse-
tae

DE MORTIFICAT.

101

vitæ status postulat, ad maiorem Dei gloriam, & communem eorum, quibuscum versantur ædificationem.

Quemadmodū enim vel minima que labecula in facie, maiorem adfert deformitatem, quām magnæ cicatrices in alijs corporis partibus; ita quoque in personis Ecclesiasticis ac Religiosis, quæ sunt quasi facies Ecclesiæ Dei, vel minima exterioris compositionis labecula & defectus, plus offensionis damnique affert proximis, quām excessus aliorum membrorum inferiorum Ecclesiæ, ut secularium ac mundanorum, quantumvis enorū mess.

Nec est, quod quis falsa hac opinione seducatur, non multum curandum esse, quid de extrema nostra compositione homines iudicent, dummodo mens nostra & conscientia bene cum Deo conueniat, iuxta illud: *Non iuxta intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea, quæ parent: Dominus autem intuetur cor.* Quia licet verum sit Deum non secundum iudicia hominum iudicare, qui tantum vident ea, quæ parent, cùm ipse intima cordis nostri penetret: Semper tamen bonam nostram compositionem exteriorem approbat, præsertim quando hæc ab interiori procedit, & in bonum finem refertur, vt nos in

1. Reg. 17.

nos in hac materia supponimus.

Imò ob hoc ipsum , quod homines
solum exteriora intuentur, & secundum
hæc sua ferunt iudicia, par est, vt exterior
noster homo ad maius Dei obsequium,
proximique utilitatem benè & non male
sit compositus . Hoc autem diuina vo-
luntati esse conforme perspicuum est Nā

Eccle. 17.

cum , vt scriptura testatur : *Vnicuique
mandari Deus de proximo suo ; non potest
Deus non approbare ea, quæ in se nō sunt
mala; sed ad hunc finē multum conducūt.*
Ipsa quoque quotidiana docet experien-
tia , exteriorem compositionem personarum
præsertim Ecclesiasticarum ac Reli-
giosarum , in maiorem diuinæ Mai-
statis gloriam proximique ædificationem
ac emolumentum redundare . Sequitur
ergo hanc compositionem non solum
approbandam , sed studiosè quoque es-
se procurandam . Et si æterna sapientia
verbi incarnati, quæ in sua dispositione
falli non potest, præcipit & vult, vt luceat
lux nostra coram hominibus, vt videant opera
nostra, & glorificant patrem nostrum, qui in
cælis est: quis dubitat, illum hanc lucem ex-
ternam & decorum personarum nostrarū
velle ac desiderare, vt luceat in sancta sua
Ecclesia coram hominibus? quandoquidē
pantus inde prouenit fructus ac materia-

Matth. 5.

laus

DE MORTIFICAT. 163

landandi & glorificandi nomen sanctum suum.

Quare quemadmodum teste D. Bonaventura, in magnam alicuius Domini gloriam & honorem cedit, cum vniuersa illius familia modestè, compositè, grauiterque sese gerit; ita ex modestia, compositione, exteriorique nostro decoro, qui in familia & domo Dci versamur, ipsis Christi veri Patrissimilias laus & gloria resultat; neque alia de causa S. Paulus Romanos exhortatur, ut prouideant bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Hanc item ob causam sancti quidam Religionum fundatores, Regulas quasdam modestiarum atque exterioris compositionis tradiderunt Religiosis suis obseruandas. Alij vero hanc compositionem regulis suis communibus gravissimis verbis inseruerunt, vt S. Benedictus, qui iubet ut Religiosus In oratorio, in monasterio, & in horto, in via in agro, vel ubique sedens, ambulans vel stans, inclinato semper sit capite & defixis in terram aspectibus. S. Augustinus in suis Regulis ita habet: In incessu, statu, & in omnibus motibus vestris, nihil fiat, quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Sanctus quoque Franciscus singulari quadam verborum vi idem suis fratti-

S. Bon
uent. lib.
de infor.
Notit.

Rim. 12

S. Benedic
in Reg.
cap. de
Humil.
grad. 13.

S. Augu.
in Reg.
cap. 17.

164 DE MORTIFICAT.

D.Fran-
cis in Re-
gul.c.3.
fratribus inculcat: Consulo, inquit, mones
& exhortor fratres meos in Domino Iesu
Christo, ut quando vadunt per mundum, non
litigent, neque contendant verbis aut alias iu-
dicient, sed sint mites, pacifici, & modesti man-

Doreth.
serm. 24.
fueti & humiles. Beatus Dorotheus: Hæc est
modestia, & grata compositione: primum non cir-
cumferre huc & illuc oculos, sed quæ ante re-
sunt, solum intueri, neque vana & ociosa loqui,
sed tantum necessaria.

S.Basili.
serm.de
cultu pie-
tat. &
vita Mo-
nast.
Sanctus denique Basilius describens
veri Religiosi conditiones quoad exterio-
rem compositionem, inquit; Monachum
oportet corpus quietum, habitum modestum,
vocem moderatam, & sermonem composi-
tum habere. Et alibi prohibit idem sanctus
Monachis suis risum immoderatum, tan-
quam animi incontinentis indicium, &
vult, ut tam in hoc, quam in reliquis ex-
teriori sua modestia, fidem faciat, interio-
rum suarum virtutum & continentiarum: ad-
ducitque ad hoc, quod sapiens ait: Fatuus
in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens,
vix tacite ridebit:

Vnde manifestè patet, quanti hi sancti
Patres semper fecerint in suis Religiosis
modestiam hanc exteriorem nunquam
satis laudatam, quandoquidem illis eam
toties, & tam graibus verbis inculcant &
commendant, ut rem ad Dei seruitium,

proxim.

DE MORTIFICAT.

165

proximorumque ædificationem valde necessariam. Nec immerito certè; Si enim imagini cuiquam in muro, aut alibi variis coloribus depictæ, tanta vis inest, ut in intuentium animis illum ipsum, quem refert, affectum possit imprimere, ut si sit hilaris, hilare; si grauis & pia, grauem & piuum: Quænam, quæso, vis inerit seruo Dei (cuius ipse viua est imago) ad imprimenda illorum animis, qui ipsum aspiciunt, aut cum ipso conuersantur via & efficacia desideria sanctitatis & pie-tatis cum exteriori sua persona, eam ipsam sanctitatem & deuotionem ex intimo corde repreäsentet, quam in alijs desiderat? Hinc est quod S. Franciscus cundo per plateas, silentio & sanctitate, quæ ex vultu totiusque corporis constitu-tione emicabat maiorem cerebat fructū, quam nunc Concionatores clamantes in cathedris, sua eloquentia ac doctrina refe-rant.

Narrant D. Gregorius de quodam Dei seruo, Isaac nomine, qui cum plurimis, ijsq; insignibus à Deo virtutibus ornatus esset, vnum tamen, quod in ipso reprehensione dignum videretur, reliquū habebat: nimiam scilicet laetitiam, quæ licet illi, vt ex verbis S. Gregorij colligitur, exiguum damnum afferret, cum non ex inordinatio-

S. Greg.
lib. 3. Di-
alog. c. 14

aliqua

aliquo affectu, sed ex naturali potius constitutione procederet, vehementer tamen illum affligebat, quod eam crederet officere proximorum ædificationi, qui plerumque externa compositione duci solent. Quærenti autem Petro causam huius imperfectionis, ita respōdet D. Gregorius: Magna est Petre, omnipotens Dei dispensatio, & plerumque contingit, ut quibus maior bona praestat, quedam minora non tribuat, ut semper eorum animus habeat, unde se ipse reprehendat, quatenus dum appetunt perfecti esse, nec possunt, & laborant in hoc, quod non acceperunt, nec tamen elaborando prævalent, in his que accepta habet, se minimè extollat, sed discant, quia ex semetipſis maiora bona non habent, qui in semetipſis vincere parua via & extera non possunt.

Quibus verbis manifestè fatetur S. Gregorius, lætitiam illā in Isaac fuisse imperfectionem, non quidem quasi ipse aliquid danni inde acceperit, cùm potius ob dietas causas ei multum profuerit, sed quod partem eius fructus impediret, quem absque hoc impedimentoo ex opera proximi mis nauata revulisset. Hinc perspicuum sit, quām necessaria sit seruo Dei hæc exterior compositio & modestia. Quia sicut ex fructibus arborem, ita ex hac modestia,

modestia,

DE MORTIFICAT. 167

destia, quæ ut vult S. Paulus, *fructus est spiritus, deuotionem & spiritum serui Dei, facile colligere licet.* Huc etiam spectat, quod ait Sapiens: *Ex visu cognoscitur vir & ex occurso faciei cognoscitur sensatus, amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis annunciant de illo.*

Gal. 5.

Eccle. 19.

Quare quemadmodum in horologio rotas & alia instrumenta, tunc benè moueri iudicamus, cùm exterius eiusdem index ac sonus certa via & ratione procedūt; ita quoque probabiliter iudicare possumus, statum interni hominis, quoad Mortificationem & compressionem, passionum, bene se habēre; si externa eiusdem compositio atque habitudo talis sit, qualē esse decet. *De exterioris hominis motu,* inquit Cassianus, *interioris statutus cognoscitur.* Atque ita finem huic capiti impono, sanctam hanc exterioris hominis compositionem omnibus Religiosis etiam atque etiam commendans,

Cass. lib.

12. Instit.

cap. 29.

CAPUT XXI.

De quodam alio insigni Mortificationis effetu, vitæ scilicet, actionumque nostrarum exemplo.

QUÆ admodū in fonte, qui casu quoddam turbatus est, si subsidentibus dein de lordibus ad pristinā redeat puritatē, omnis

168 DE MORTIFICAT.

omnis etiam aqua inde profluens clara
ac limpida apparet; sic animus nostra
mortificatione passionum ac potentiarum se-
datus, facit, ut omnes actiones ex eo pre-
cedentes, claræ atque illustres videantur.
Cum enim potentiae animæ nostræ à na-
tura ad actionem destinatur, oportet, ut
his pacatis, & in ordinem redactis, mox
in operibus nostris nescio quis splendor
& decor virtute plenus elucat.

Hoc Christus Dominus significasse
videtur, cum in persona suorum disci-
pulorum verum seruum & imitatem sui
describere vellet: *Sunt labi vestri preciostissimi,*
*inquit, & lucernæ ardentes in manibus ve-
stris:* Per restrictionem lumborum signi-
ficans Mortificationem potentiarum sen-
suum, quæ in carne sedem & nutrimentum
habent. Declarans deinde quomodo
ex hac mortificatione, gratiæ auxilio,
boni exempli splendor in operibus e-
luecat subiungit: *Et lucernæ ardentes in
manibus vestris.* Quæ verba S. Gregorius
explicans ait: *Incernas quippe ardentes in
manibus tenemus, cum per bona opera proximi-
mis lucis exempla monstramus.*

S. Greg.
Hom. 13.

Iudic.
Cap. 7.

Hoc etiæ in insigni illo militum Gedeo-
nis facto sacræ literæ significare videntur,
quando in Madianitarum obsidione,
conflictis magno fragore lagenis futili-
bus,

bus, derepēte lampades accensas manibus
ferentes prodiēre victores. Sic quoque ex
confractione vasorum fistilium, nempē
eorporum nostrorum per Mortificationē
passionum ac potentiarum sensituarum,
splendor quidam vitæ, actionumque ad
virtutem prælucentium resultat; gloria
nē victoria à capitali nostro hoste repor-
tatur, qui nos nullis sāpius, quām his ipsis
armis, oppugnare atque offendere solet.

Porrò quantum hoc vitę actionumque
nostrum exemplum ad Dei gloriam, &
proximorum salutem cōferat; verbis pro-
fecto explicari nequit. Nam vt B. Bernar-
dus ait: *Sermo viarius & efficax exemplum o-*
peris est, plurimum faciens suassibile quod au-
ditur, dum monstrat factibile, quod suadetur.

S. Bern.
serm. de
S. Beno-
dīus.

Nām scientia Deo seruendi, practica est,
non speculativa: Quemadmodum enim
in præstantem pictorem euadere volenti,
non satis est memoria tenere proportiones,
mensuras, & colorum qualitates; sed
necessitatis est, vt manum etiam operi, modò
hanc, modò illam figuram adumbrando
admoveat, & sibique multorum pingendi
arte præstaantium ideas & exempla ad imi-
tationē proponat: Sic ei qui in sancta hac
arte Deo seruandi excellens fieri deside-
rat, nequaquam sufficit, si omnia documē-
tū ad hanc artem spectantia accuratē me-

17.0 DE MORTIFICAT.

moriter calleat, sed requiritur, ut ea opere & vsu quotidiano exerceat; potissimum autem conducent ad hoc, sanctorum aliorumque in hac arte exercitatorum exempla, ut in ea oculos assidue desigens vitam quoq; & actiones suas ad eorum similitudinem instituere & informare possit. Idcirco cum præpotens Deus sciret, negotium hoc ad obsequium suum, hominumque emolumētum quam maximè valere, multas ac varia varij status & conditionis hominum, in omni virtutum genere præstantium, exempla in Ecclesia sua nunquam desesse voluit, quamvis non sine magno eorum labore ac sudore.

Diversis quoque sacrarum literarum figuris adumbravit, quanta exemplorum ad virtutem præluculentum sit utilitas; ut trinque, exemplis scilicet ac figuris, animati, feruentius & alacrius in Dei seruitio progrederemur. Et ut alias figuras omitteremus, quæ in sacra Scriptura passionem occurserunt, quid sibi quæsto, specula illa voluerunt, quæ labro æneo, quod erat in atrio, circum circa erant annexa, in quorum isto sacerdotes ablui in illis autem vultus suos contemplari debebant, & puriores magisque compositi ante cōspectum Dei apparerent? Ecclesia scilicet militans instar atrij se habet, quâ transfiguranda

ad. 38.

DE MORTIFICAT. 171

undum est cuicunq; ad triumphantē perueniri volentis: In hac diuina sapientia sa-pientissimē disposuit, vt præter lauacrum Sacramentorū, magnus quoq; speculatorū esset numerus, hominum videlicet vita & morum exemplis illustrium, vt dum eorū puritatem ac perfectionem inspicimus, impuritatem imperfectionemque nostrā & inspiciamus & emendemus, digneque tandem inter beatos triumphantis illius Ecclesiæ ciues comparere ante conspectū Dei possimus, quō, vt scriptum est, nihil immundum aut coquinatum intrabit.

Idem prefiguratum est in virgis illis diversicoloribus, quas Patriarcha Iacob in canalibus posuit, vt venientes ad potum greges, ante oculos haberent virgas, & in earum aspectu conciperent, eiusdemque deinde coloris fœtus producerent: Sic Deus perpetuo in Ecclesia sua variarum virtutum exempla tanquam virgas versicolores proponit: Et hæc est illa varietas, qua circumdata Ecclesia abstat a dextris sponsi sui cœlestis, vt dum nos mentis nostræ oculos in eorum virtutes factaque illustria defigimus, & concipiamus desideria, & opera etiam similia felicissimè producamus.

Et hoc est quod Salomon in persona spōsi dicit: Quā pulchris sunt gressus tui in cal-

Gen. 30.

Cant. 7.

172 DE MORTIFICAT.

reamentis filia Principū? Quae sunt calceamēta

Ecclesi.e, inquit S. Bernardus, nisi exēpla sau-

Bern. ser. 16. ad so-
rorem de
exemplis
sanct.

Ecclesi.e, inquit S. Bernardus, nisi exēpla sau-

tetur. Deniq; hoc idē Deus in Aaron, Sūmo
sacerdote, adūbrauit, cui præcepit, vt duo-

decim Patriarchū nomina semper in pe-
ctore sculpta gestaret, quod D. Gregorius
explicās ait: A scriptos patres semper in pectore
ferre est antiquorum vitā sine intermissione co-
gitare. Nā iunc sacerdos irreprēhēsibiliter gra-
ditur, cùm exempla Patrum præcedentīū inde
finenter intuetur: cùm sanctorum vestigia sim-
cessatione confiderat.

S. August. lib. de cō-
fess. c. 2. Huius finis causa S. Augustinus san-
ctorum exempla in memoria velut in simo
suo circumferebat, vt ipse testatur: Exest
pla, inquiens, seruorum tuorum, quos de nigri
lucidos, & de mortuis viuos fecerās, cōgesta in
simum cogitationis nōstræ vrebant & absome-
bant grauem corporem, ne inima vergeremur
& accendebant nos valde.

Idem S. Dominicus, & post illum An-
gelicus Doctor Thomas factitabant, qui-
bus moris fuit Acta SS. Patrum assidue in
manibus & pectore ferre, vt ex eorum fre-
quenti lectione & recordatione accende-
rentur, semperque ad gloriosam hanc mi-
litiam armati & prompti inuenirentur.
Hanc denique eandem ob causam tot san-
ctorum festa quotidie propemodum ab

Eccle-

D
Ecclesi
pigeat,
gustini

Sed
mum
Deū in
Pictore
enim in
habent
lcant;
tatus ex
ciat, pr
alteriu
sta con
pus tex
tot san
tis orbis
frusta
argent
mutila
ærum
tis exe
Sic per
na nec
locaut
piè ve
tico c
mi:D
dio su
lumni

DE MORTIFICAT. 173

Ecclesia nobis proponuntur, *Vt imitari non
pigeat, quod celebrare delectat,* inquit D. Au *S. August.*
gustinus. *serm. 47.*

Sed notandum hic est id, quod plurimum facit ad nostram consolationem, Deū in prædictis figuris non fecisse, quod pictores optici seu perspectivi solent; Illi enim in picturis, nihil aliud propositum habent, quam vt intuentium oculos paciant, sed potius Phrygionem aliquē imitatus est, qui vt opus a se delineatum perficiat, pretiosissimam auri aut argenti, sive alterius materiæ telam in minutissima frusta concidit, atque inde pulcherrimum opus texit: ita Deus ipse permisit ac voluit tot sanctorum millia, vel ab ipso nascientis orbis exordio capite plecti, secari ac insuista disssecari quasi pretiosissimas auri & argenti telas; vt hoc clarissimo laborum, mutilationum & aliarum, quas passi sunt, ærumnarum, ipsius denique eximiæ mortis exemplo sanctam ornarent Ecclesiam. Sic permisit iustum Abel impietate fraterna necari: Abrahamum charissimi filij holocausto tentari; Iosephū à siatribus impie vendi: Moysen cù toto populo Israëlitico crudeli Pharaonis tyrannide opprimi: Dauidem implacabili Regis Saulis odio subiici: Susannam impudicorum calumnijs exponi; Prophetam Isaiam mediū-

secari. Danielem obisci leonibus . Iob & Tobiam tam in corpore quam in bonis externis grauissime affligi, quorum afflictionis causam sacra Scriptura expressè posuit; cùm dicit: *Hanc tentationem (loquitur autem de Tobia) ideo permisit Deus ut uenire illi, ut posteris daretur exemplum patientiae eius, sicut & sancti Iob.*

Tob. 2.

Tbren. 3.

Sed quid dico de seruis, cùm nec filio suo proprio pepercerit , vt perfectius id, quod sibi proposuerat, cōsequeretur: mittens enim eum in mundum ad redimendum genus humanum: Posuit eum, inquit Hieremias, quasi signum ad sagittam : permittens illum à Iudaica perfidia tot tantisque, ut notum est , persecutionum tellis atque ierbis peti, ut quanto maiores iniuriæ Christo fuerunt irrogatae, quanto plura in eum iacta conuitia , quanto acerbiores plagæ inflictæ, tanto clarius diuinarum virtutum lux ad exemplum beneficiumque mortalium coruscaret: Sicut quod maior noctis est obscuritas; eò clariores & splendidiores stellæ in coelo apparente.

Epan 13.

Epan. 8.

Quare hæc tandem verba quasi protestando protulit: *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Et alibi: *Ego sum lux mundi, qui sequitur.*

tur
se iu
lucis
sanct
hon
dore
lion
ijs P
imm
bit, c
ti, in
sunt,
dij m
libus
Ac
torn
aut
riam
pessa
eos i
vt m
rat n

I
vide
num
mir
rum
est c
nat,

DE MORTIFICAT. 175

tur me, non ambulat in tenebris : Ostendens
se iuxta voluntatem æterni patris, radios
lucis , hoc est , vitæ doctrinæque suæ
sanctissimæ , in mundo sparsisse , quam
homines imitarentur : cuius lucis splen-
dore tot Martyres , quasi generosi papi-
liones attracti , sese ingentibus animis
ijs poenarum ac suppliciorum flammis
immiserunt , quas sanctus Paulus descri-
bit, cùm ait; Alij ludibria & verbera exper- Heb. iii.
ti, insuper & vincula & carceres ; lapidati
sunt, secti sunt , tentati sunt , in occisione gla-
dij mortui sunt, circuierunt in melotis , in pel-
libus caprinis, egentes, angustiati, afflitti, &c.
Ac ne forte putaremus illos tot tantaque
tormenta ob culpam aliquam propriam,
aut demeritum , & non potius ob glo-
riam D e i ; nostrumque exemplum per-
pessos esse; adiungit sanctus Paulus: tantæ
eos fuisse integritatis vitæ ac meritorum:
vt meritò iij censeretur, quibus dignus non e-
rat mundus.

Hinc illa S. Ambrosij exclamatio, cùm S. Ambr.
videret, quanta sollicitudine Deus homi- serm. 14.
num salutem procuraret , cùm tanto ni- de S. Na-
mirum dispendio temporalis vitæ seruo- zario &
rum suorum : Ita enim exclamat. Celsus.
Quanta
est circa nos Dei nostri sollicitudo? illos exami-
nat, vt nos eruditat; illos cōterit, vt nos acqui-

176 DE MORTIFICA T.

rat; eorū cruciatus , nostros vult esse profectus.

Bern. ser.
16. de ex-
emp. sanct.
Chrysos.
ser. 11. su-
per Gen.

Item S. Bernardus, Propterea, inquit, posuit Deus virtutes sanctorum ad exemplum nostrum, ut per vestigia ipsorum peruenire possemus ad regna celorum. Sanctus item Chrysostomus. Propterea sanctorum omnium virtutis, inquit, & conversationem in diuinis scripturis prescriptam Spiritus sancti gratia reliquit, ut discentes, quod licet eiusdem fuerit natura; virtuibus tamen studuerint, ne simus ignavi & desiles in iisde exercitio. Hinc quoque tot Summi sanctique Pontifices ut Clemens, Damasus, & Fabianus sancti sunt, ut septem perpetuo essent Notarii apostolici in urbe, quorum officium erat summa diligentia conquirere, summaque fide conscribere vitas & acta Sanctorum. Ipse quoque S. Gregorius fatetur in Dialogis, se suos Dialogos ob hunc finem scripsisse.

Nec dubitandum est, quin id ipsum Deus singulari sua prouidentia disposuerit, quodquidem experientia ipsa docemur, hoc exemplorum medium esse ex praestantissimis. vnu, quo in humanis peccatoribus duo summi momenti producuntur effectus: alter est, ut spiritualem nostram agnoscamus in opiam; alter vero, ut indies magis in eitemur ad virtutum progressum. Nam ut Aristoteles dicit; *Magnum & paruum*

dichot.

DE MORTIFICAT. 177

dicuntur respectuè. Verbi gratia, columba
inter obuias volucres, magnæ apparet esse
molis, pernicis que volatus; comparata ve-
tò cum aquila, parvula est statura, & tarda
volatu, Equus idem, vt ait Climachus, qui
absolutè consideratus videtur cursu velo-
cissimus, respectu aliorū quorundam ani-
malium piger iudicatur & iners. Ita & ho-
mo, qui sibi prius nescio quid non tribue-
bat, sibiq; in diuino obsequio instar gene-
rosi equi aut aquilæ præstantissimus esse
videbatur; vbi oculos in meritorum ma-
gnitudinem ac velocitatis præstantiam
multorum Sanctorum coniecerit; erube-
scit, seque segnem reputans & nihil faciēs
humiliatur; & se ipsum ad eorum imitati-
onem, passibus quam fieri potest incitati-
simis excitat.

Et hoc est, quod B. Climachus pulcher-
rima quadam similitudine ostendere vo- compend.
luit; quando dixit. Sicut pauperes cùm thesau- escapitu.
ros regios aspiciunt, suor paupertatem amplius grad. 26.
agnoscunt, ita etiam magnificas Patrum virtu-
tes unusquisque relegens, mentem suā amplius
humilior. & quia, vt ait B. Ambrosius: Non
difficile estimatur, quod iam factū spicimus,
persuadentes nobis id idipsum uos, cum
diuina gratia, facere posse, quod ab alijs iā
factum videmus, qui nobis similes erant,
resumimus animum, & similes statuimus,

tandem aliquando ex hac animi nostri c-
gestate emergere, atque ad altiorem vir-
tutum ac meritorum statum aspirare ; vt
B. Augustino contigisse legimus , cum
vt ipse refert , duorum Aulicorum Imper-
atoris Theodosij, cōuerzionem à Pontia-
no, suo gentili, sibi recenseri auditet , mox
enim vbi se collegit : Quanto, inquit, arden-
tius amabam illos , de quibus audiebam s-
lubres effectus, tāto execrabilius me compa-
tum ijs oderam. Eo ysque autē hoc sui ipsius
odium euasit, vt se amplius continere non
potuerit, sed adito ex amicis intimo & si-
delissimo Alipio, exclamauerit & dixerit:
Quid patimur? Quid est hoc? Quid audisti? Su-
gunt indotti & celum rapiunt, & nos cum do-
ctrinis nostris sine corde, ecce vbi volutamus
in carne & sanguine. An quia praecesserunt, p̄-
det sequi?

Hac eadem ratione innumeri alij sola
SS. Pauli, Antonij, Hilarionis, aliorum que
primorū Patrum Eremitarum , fama per-
moti, relinquentes mundum , vitam Mo-
nasticam in desertis AEgypti, Scithi, &
Thebaidis complexi sunt : & tanto qui-
dem numero, vt in vnico Coenobio quin-
que millia Monachorum , sub vnius Ab-
batis disciplina verarentur, ea que obediē-

cas. li. 4. tiā & obseruantia, quam refert Cassianus,
cōf. c. l. cūm ait: Non potest apud nos , inquit, vnu-
yū.

uni vel obedire, pro modico tempore, vel p̄c-
esse. Hinc S. Gregorius, quantopere vis
exemplorum ad agnoscendām propriam
miseriam, meliorisque vitæ statum am-
pleteendum conferat; his verbis docet: *Fit*
plerumque in audientiis animo duplex adiuto-
rium in exemplis Patrum; Quia amore ventu-
re vita ex præcedentium comparatione accen-
ditur, & se esse aliquid existimat, dum melio-
ra de alijs cognoverit, humiliatur.

S. Greg.

Proœm. l.

I. Dialog.

Porrò si hominum virtute meritisque
clarorum exempla, lecta solū in antiquis
illorum historijs, aut fama percepta, vel
etiam nobis ab hominibus fide dignis nar-
rata, tantam habent in animis nostris ef-
ficaciam, quantam experti sumus, & in
singulas fermè horas experimur, quid ho-
mines viui facient, qui ante oculos no-
stros quotidie versantur? cum nullum
sit dubium, obiectum præsens efficaciam
mouere, inquic animis nostris validius
imprimere illum effectum, quem pro-
ducere aptum est. Quare quemadmodū e-
quis, qui nec verberibus, nec calcaribus,
nec ullis clamoribus adigi poterat, vt
vel pedem loco moueret, vbi tamen a-
lium videt equum præeuntem mox euna-
dem se quitur, nemine impellente; Sic pos-
sem non pauca eorum exempla adduce-
re, qui suis quibusdā abusibus adēd insue-
uerant.

186 DE MORTIFICAT.

uerant, ut neque concionatorum clamoribus, neque calamitatum, aut morborum verberibus ab illis abduci potuerint, posteaquam tamen alios sibi similes, vel iisdem, vel etiam maioribus tricis ac pedicis se expediuisse, atque in diuino obsequio maximum fecisse progressum videbunt, & ipsi sele suis extricarunt miserijs, atque corū vestigij serio insistere decreuerunt.

Ita legimus fecisse Iustinum Martyrem, qui exemplo Sanctorum Martyrum, quos incredibili constantia, omnia tormentorum genera sustinere videbat, permotus; abiectione infidelitatis errore, in quo longo tempore pertinaciter vixerat; tali animi fervore Christi fidem amplexus est, ut pro cloriosè mortem oppetere non dubitauerit. Idem sibi contigisse D. Augustinus satetur, quando sibi in errorum suorum tembris adhuc immerso à Simpliciano narratum fuerat Victorinum celebrem Rhetoricae facultatis Professorem ad Christum esse conuersum. Sed ubi mihi, inquit ille, de Victorino Simplicianus ista narravit, exarce ad imitandum. Idē denique docet D. Chrysostom. 17. m^o: Et genitiles, inquit, non ita signis adducuntur, in cap. 13. ut vita, quam nihil aliud, ut dilectio committatur, qui enim miracula faciunt, non unquam deceptores ab illis appellantur; vita paritas non nisi bonum arguit. Deinde ita concludit: Nihil

*Perionius
in vita S.
Iustini.*

*S. Aug. l.
3. confess.
cap. 2.*

*Chrysostom.
Hom. 17.
in cap. 13.
Ivan.*

ad e

DE MORTIFICAT. 180

ad eō Gentiles arguit, ut virtus, nihil ad eō perturbat, ut malitia. Et hoc est, quod hodie quoq; in Indijs Dei bonitate fieri consuevit; ubi nullis sepe miraculis, nullis Cōcio-natorū clamoribus, sed solū vitæ, morūq; exēplis Religiosorum inter ipsos versan-tium, multi ad iugum Christi perdicūtur, ita ut multi eorum pro Christi fide glori-sè occubuerint. Quod si vitæ morumq; exempla in omnis generis hominibus tā-tam habent vim, ut vidimus, quid de illis dicendum, qui in alicuius auctoritatis ac honoris gradu sunt constituti? Hi enim in Rebus publicis tam ciuilibus quam Eccle-siasticis illos repræsentant remiges, à qui-bus, vt pote in puppi confidentibus, tota-pendet remigandi ratio. Nam ut isti len-tius aut citius remigant, ita alij lentiū aut velocius sequuntur: Sic & illi in prædictis Rebus publicis, proprio vitæ ac morū exē-
plo, alijs normam præscribunt; ita ut ijs dē quasi passib; sua vestigia s; quantur.

Quocirca horum bona vel mala, qua: alijs præbent exempla, propriè nō possumunt priuata aut particularia bona vel mala ap-pellari, sed potius vniuersalia ac commu-nia, & quod hinc est consegnēs, tanti mo-menti, ut talia exempla aliquando inaudi-eis & Recumpublicatum administratio-nibus habeant vim legis;

2. Math. Quæ causa fuit, ut venerādus ille Senex
6. Eleazarus, nonnullis amicis suillæ carnis
esū sibi suadētibus, ut imminentē mortē e-
uaderet, nullo modo acquiesceret, ne hoc
suo exēplo iunioribus & infirmiorib⁹ da-
mnū aliquod afferret: Sed gloriōsissimā mor-
tem magis, quam odibilem vitam amplectens,
voluntariē p̄reibat ad supplicium. Conclu-
deinde scriptura historiam his verbis: *Hoc*
*modo de vita discebit, non modò inueni-
bus, sed & viuere genti memoriam mortis sua ad ex-
emplum virtutis & fortitudinis derelinquens.*

Idē quoque D. Paulus cupiebat, cùm ad
Titum Cretæ Episcopū scriberet: *In omni-
bus, in quicq[ue], te ipsum p̄abre exemplū honoram
operū, in doctrina, in integritate, &c. Hoc &*
Basil. reg. S. Basilius tractans de Religiosis, qui extra
stis. diff. monasteria secularibus negotijs occupan-
cop. 44. tur, docet, ob rationē suprà allatā, solū ijs
huiusmodi negotia assignanda esse, qui si-
ne proprio animæ sue dispendio, proximo-
rum autem ædificatione fructuque, in m̄-
do versati possunt: quod si tales fortassis
non essent: P̄testabiliss est, inquit, summan-
rurum omnium necessiarum penuriam per-
petuā atque egestatem, ei ians, propriea subeu-
da mors sit quæ subleuandæ necessitatis cor-
poris causa perspicuum animæ detrimentum
negligere.

Nec immerito hanc rem ita S. Basilius
exagge-

exagerat: nam vt affirmat B Laurent, Iu- Iustin. II.
 stinianus: *Nocet plurimum conuersatio incom-* de conflic.
posita, deducta in publicum. Hoc denique *interiori*
 S. Bonaventura monet, vbi de Religiosis, cap. 2.
 qui in Religione alicuius sunt auctorita- S. Bon. 19.
 tis, agens: dicit: tales quantumuis senes & *inqq. cir-*
 bene meritos, à quibusdam tamen com- careg. cae-
 moditatibus & priuilegijs, ipsis alioqui ob-
 honestos respectus licitis ac permissis, ab-
 stinere debere, ne ipsi iuuenes præterito
 rum ipsorum laborum ignari, dum vi-
 dent eos his exemptionibus gaudere, in-
 cipient easdem ambire: ex quo fit, ut in
 Monasterijs disciplinæ rigor paulatim re-
 laxetur. Et quamuis hæci iuuenū cupidi-
 tas, hoc casu indiscreta & sine ratione sit,
 rationi tamen consentaneum est, vt senio-
 res priuatis suis commodis bonum præfe-
 rant commune, illisque, quantum fieri po-
 test, nullam horum præbeant occasionem:
 in has appetitiones incidendi: *Debemus e-*
nim nos firmiores, inquit A postolus, imbe- Rom. 15.
cillitates infirmorum sustinere, & non nobis
placere. Et sicut currētes equi, ait Climachus,
cursu inuicem certant, ita & optimæ societas se
inuicem excitat.

Quemadmodum autem tali homi-
 num exempla ex se se sunt efficacissimæ,
 sic ab eis exhibendis & dandis nemo ex-
 cusandus est; nam infirmus æquè ac-
fauus.

184. DE MORTIFICAT:
sanus, indoctus æquè ac eruditus, inferior
æquè atque superior ad viuendum secun-
dum sui status conditionem & qualitatem
obligatus est. Ut enim infirmus, durante
infirmitate, à ieunijs, vigilijs, alijsq; labo-
riosis operibus excusatus sit, à dandi ta-
men bonis exemplis ne utquam excusari
potest aut debet: simplex item ac idiota, li-
cet proximis suis in administratione Sa-
cramentorum, aliorumque Ecclesiastico-
rum ministeriorum prodesse non possit,
iuuare tamen illos bonæ fūæ vitæ exem-
pli potest & debet. Et si forte eruditus
non valeat dicendi gratiā, neque alijs con-
cionando salutis viam monstrare possit,
obligatur tamen ad ferendam illis opem:
bene agendo: lingua enim hæc bene ope-
randi, ab omnibus nationibus quātumuis
remotis & barbaris intelligi potest: neque
solum bonis iucunda est, sed & male viuē-
tibus non potest non esse grata.

Doctus verò & eloquens nouerit, si ad
sonum verborum non adiungat etiam ex-
emplum bonorum operum, vocem suam
similēm fore ætri sonanti, aut cymbalo tin-
nenti, & quod hinc sequitur, vanam & in-
efficacem. Idcirco si verbis suis persuadē-

Berr. ser.
59. si per
Cant.

di vim inesse desideras: Dabis vocis tuae vocē
virtutē, ait S. Bernatidus, si quod suades, prius
tibi illud cognoscari, persuassis: validior operis
quam

DE MORTIFICAT. 185

quam oris vox est, fac, ut loqueris.

Sanctus item Gregorius: *Illa vox*, inquit, libentius audiitorum corda penetrat, quā dicentis vita commendat; quia quod loquendo imperat, ostēdendo adiuuat, ut fiat. Vnde sicut horologium errare dicimus, cūm multas frequenter insonat horas, paucas tamē indice demonstrat (necessē est enim ut inter utrumque, campanam scilicet ad sonū & indicem, ad ostēsionem ea sit conuenientia, quae cursui solis respondeat) Ita & Cōcionatorem dicemus non bēne suo fangi officio, quando multum loquitur, & parā operatur: Sed tunc verus dicitur **Concionator**, si inter ipsius linguam in loquēdo, & manus in operando ea sit conformitas, quam iuxta exemplum ac normam Christi, Solis Iustitiae, obseruare tenetur, de quo Lucas scribit: *Cœpit facere & docere, & cūm facit quod S. Gregorius affirmat: Tunc a S. Gregorius recta p̄dīcamus, si dicta rebus ostendimus.*

Vt igitur huic capiti finem imponam, quanto possum maximo cordis affectu tū omnes, tum præcipue Ecclesiasticos ac Religiosos rogo, ut in conspectu Dei ac Creatoris nostri maturè perpendant illa verba, quae de ipsis Spiritus sanctus per Malachiam Prophetam protulit cum dicit: *Labiā Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem.* Malat. 2.

186 DE MORTIFICAT.

legem requirunt ex ore eius, Quia Angelus Domini exercituum est. Quæ verba nihil aliud significare videntur, quam Ecclesiastice-
rum vitam, Angelorum vitæ similem es-
se debere: cum illis incumbat alios docere
verbis id, quod ipsis iuxta legem Dei cre-
dendum, atque opere ipso exercendum
est. Neque ullo unquam modo commi-
tant, ut sinistra aliqua intentione aut ope-
re rectitudine ac sanctitas eius officij pro-
fanetur, quod ipsis à Domino Deo concre-
ditum est.

CPPVT XXII.

De tertio Mortificationis effectu, qui est va-
lentarium de spiritualibus & gra-
uibus rebus sermo.

Sophron.
in prato
spirituali
cap., 143.

Narrat B. Sophronius Hierosolymos-
Episcopus de celebre quodam latro-
num duce Dauid nomine, qui post
quam multos annos in regione Hermo-
politana publicis ac maximis latrocinijs
exegisset, commotus tandem diuinitus
statuit mutare vitam ac Religiosum sta-
tum amplecti, atque ita relictis socijs, ve-
nit ad celebre quoddam illius loci Mo-
nasterium, habitum petens, quem, cum
post multas difficultates & repulsas, tan-
dem obtinuerat, ita ex animo se religiosæ
obseruantæ ac penitentiæ dedidit, ut
bretii,

DE MORTIFICAT. 187

breui, cunctis obstupestentibus, ad tam
peruenerit sanctitatem, ut Angeli
conspectu & alloquio dignus fuerit ha-
bitus, à quo bono animo esse iussus est, nō
solum enim peccatorum suorum veniam,
sed peculiarem etiam gratiam, magna &
mira ad Dei obsequijum agendi sibi à Deo
concessam esse.

Cum autem David Angelis verbis
credere nollet, neque enim fieri posse
putabat, ut tam exiguis poenitentiæ ope-
ribus Deus flexus, veniam sibi tam facile
enormium suorum peccatorum concessis-
set: Angelus similem ei sententiam pro-
tulit, quam olim Zacharias ob increduli-
tatem audire compulsus est: ipsum nem-
pe illico linguae vsu priuatum iri: Quod
audiens David atque erroris iam po-
nitens in terram se mox prostrauit, &
exclamans cum lachrymis dixit. Et qui
ferre Domine Deus vaquam possum, ut
dum essem in seculo latro, linguam habue-
rim ad offendēdum te tot tantisque pecca-
tis, nunc autem in Religione constitutus
ad te laudandum ac benedicendum sim
eiusdem vsu destitutus? Ad hæc An-
gelus prolatam anteā sententiam miti-
gans, respondit: ipsi quidem loquela
concessam esse, sed ad laudandum Deū, &
psallendū in choro: ceterū in alijs
omnibz

188 DE MORTIFICAT.

omnino mutum fieri debere. Quod & factum est saam in posterum David ille in omnibus, praeterquam in laudibus & benedictionibus sacris, clinguis omnino fuit & mutus.

Ex hac historia hoc mihi obseruandum videtur, quod si huius temporis homines tales haberent linguis, quales iste David, ita ut nihil aliud, quam laudes Dei ac hymnos pronunciare possent, superuacaneū esset illis persuadere velle, vt inter se frequenter mutua de rebus bonis & pijs colloquia instituerent, Verum quia linguae nostræ, vt p̄ò dolor, nimis perspicuum est, sunt ex se plus satis liberæ, & ex natura nostræ corruptione, prauaque consuetudine multò faciliores ac promptiores ad detractiones, periuria & blasphemias, quam ad Dei laudes: cogimur necessariò media quædam rationesque inuestigare, quibus doceamur, quanti sit momenti, quantæque utilitatis, vt homines, praesertim Religiosi ac spirituales, assuecant frequenter de rebus ad Dei cultum, & ad ipsorum aliorumque profectum spectantibus inter se colloqui.

Mirandum autem planè est, quod cùm homines alias natura sua eò propendeat, vt tractent & loquantur crebro de rebus artiac professioni sua consentaneis, et

etiam

I
etiam
Tracta
men,
portui
enim
de reb
scilicet
concer
studios
spiritu
que qu
berior
scum;
quò m
sentit
quoqu
libus d
maius
bur.

Ne
errore
valde
les. Ex
quemi
sonan
fiscisc
positio
pertur
nostræ
admo

DE MORTIFICAT.

189

etiam huic prouerbio locum dederint:
Tractant fabrilia fabri: apud Religiosos ta-
men , apud quos maximè id factum o-
portuit : id vel maximè non fiat . Quid
enim religiosis conuenientius , quam
de rebus spiritualibus ac Religiosis, quæ
scilicet statum & professionem eorum
concernunt, tractare; idque è libentius &
studiosius ab illic p ræstari deberet; quò res
spirituales sunt alijs p ræstantiores, fructus
que qui ex his colloquijs colligi solent, v-
beriores & excellentiores. Qui enim mu-
scum, aut alias res odoriferas manu tenet,
quò magis eas tractat & versat, è plus
sentit odoris, magisque corroboratur: Ita
quoque, quò frequentius de rebus spiritua-
libus differitur, ut pote in se suauissimis: è
maiis anima nostra haurit solatium & re-
bur.

Neque aliunde video hunc prouenire
errorem , nisi ex defectu Mortificationis,
valdeque exiguo affectu erga res spiritua-
les. Ex defectu dico Mortificationis, quia
quemadmodum vocum ac sonorum dis-
sonantia ex fidibus malè temperatis pro-
ficiuntur: ita ex immortificatione & incō-
positione fidium , hoc est , passionum &
perturbationum animi nostri , sermonum
nostrorum dissonantia procedit. Et quem-
admodum mare ventis agitatum perpe-
tuum

190 DE MORTIFICAT.

tuum edit murmur , magnamque tum
algæ , tum aliarum sordium ejicit co-
piam : Ita animus malè compositus &
passionibus agitatus communiter ex ore,
futilium & inanum verborum infinitam
copiam magno cum strepitu emittit Nam
cum lingua sit quasi animi idea & imago:
talem quis se plerumque sermone ostèdit;
qualis est in animo. Hinc bene dixit Hu-
go de S Victore : *Mores hominum lingua*
pandit, & qualis sermo ostèditur, talis animus
approbatur. Et sicut aqua ordinariè solet il-
lius terræ induere qualitatem, per quam
transit: Sic humanus sermo ab intellectu,
voluntate , sensuque nostro profluēs, ne-
cessariò patefaciet, vtrū istæ potentiae, er-
roribus, affectibus inordinatis , prauisque
passionibus sint infectæ. Hinc meritò di-
cimus: benè & ordinatè loqui, esse animi
bene compositi ac mortificati effectum,
scut è contrario , malè loqui, animi im-
mortificati ac malè compositi argumen-
tum.

Quod item defectus hic apud Religio-
sos, non libenter scilicet loqui de rebus
Religioso statuique spirituali conuenien-
tibus: ex modico affectu erga huiusmodi
res proueniat, manifestè ostendi potest.
Verissimum est enim illud Platonis dictu-
m: *homines amore ipso fieri facundos, & eloquen-*

Hugo li.
2. de A-
nimis.

DE MORTIFICAT. 191

res ad loquendum de rebus, quas amant. Vnde si in nobis vigeret sanctus ille rerū diuinarum amor, essemus certè in huiusmodi colloquijs eloquentissimi. Et quemadmodum in compositis naturalibus, elemētum prædominans trahit omnia alia elementa ad illum locum & centrum, quod naturaliter appetit: quod in lignis etiam maximis apparet, quæ semper aquæ supernatant ob aëris elementum in eis prædominās. Ita si amor spiritus in nobis, ut par est, prædominaretur, attraheret sine dubio mentem & linguam nostram: illam, ut cogitaret: hanc, ut loqueretur assiduè de rebus spiritualibus diuinisque, quas appetit & desiderat.

Et sicuti, qui museum aut rem odoriferam tractat, non potest, non odorem suū prodere: ita quoque in cuius corde Sanctus Dei amor residet, is hunc occultare non potest. Sicut is, qui fert aromata, inquit Climachus, etiam si nolit, ex odore prodiatur: ita & qui spiritum Dei habet, ex verbis suis agnoscitur. Neque ideo hic defectus a moris aliquem excusare potest, quo minus de rebus loquatur spiritualibus, immo hoc ipso magis ad hoc obligatur, cum nulla alia sit causa, quare quis ea, quæ naturā sua bona sunt, minus amet, quam consummata ignorantia. Nemo enim diligere potest bonum

Clim. in

compend.

recapit.

grad. 26.

bonum, quod nescit, ait D. Chrysostomus. Ut autem frequens de rebus spiritualibus se-

S. Chrys. mo efficit, ut cognoscantur, ita efficiet et
lsp. Mat. iam, ut amentur, quo amore spiritualis
huiusmodi colloquia non solum reddentur facilia, sed etiam dulcia & iucunda, ita ut aliquando ex intimo corde cum Dani-
dc exclamaturi simus: *Quādū dulcia fācībū
meis eloquia tua, super mel orī meo.*

Psal. 118.

Quod sancta Dei famula Scholastica experta est, quando transacta cum fratre suo B enedicto in Dei laudibus, spiritualibusque collationibus integra die, tantam consolationem spiritus ac dulcedinem inde percepit, ut fratrem obnixè rogauerit, ne imminente iam nocte ad suum redire Monasterium, sed ynā secum in eadem exercitatione illam noctem insumeret. Cu-
jus precibus cum ille nequaquam vellet acquiescere, quod à fratre non poterat, à Deo impetravit. Subito enim tanta vis im-
brium, licet serenissimo antea cælo, exorta est, ut ille cum sorore sua manere coactus sit. Sicque factum est, inquit S. Gregorius, ut totam noctem perutilem ducerent, atque per sacra spiritualis vite colloquia, sese vicaria relatione satiarent.

Hoc idem S. Augustinus expertus est, qui cum quadam die de rebus spiritualibus cum matre sua S. Monica tractaret,

GAMM

D
tante m
in vtris
subito h
sum m
mine, qu
mundu
bus dele
nus. Ma
dentissi
permot
quantun
in hac vi
sim nesci

Euno
illi disci
cræ Chri
natum
flamma
credibil
xerint:
queretur
nunqua
in nobis
sermon
sunt, me
tentio,
dū qui a
Quamu
tamē cr
defactu

mentis illuminatio, ardorq; spiritus
in vtrisq; ex illo colloquio exstitit, vt illos
subito huius vite, omniumque delectatio-
num maxima nausea ceperit. Tuscis De-
mine, quod in illo die, cū talia loqueremur, &
mundus iste inter verba vilesceret, cum omni-
bus delectationibus suis dicebat D. Augusti-
nus. Matrem quoque suam Monicā, ait ar-
dentissimo quodā alterius vitæ desiderio
permotā in hæc verba prorupuisse: *Fili,*
quantum ad me attinet, nulla re iam delector
in haec vita. Quid hæc faciam adhuc, & cur hæc
sunt nescio.

Eundē denique effectum senserunt duo
illi discipuli cuntes in Emaus, cū inter sa. *Luc. 24*
cræ Christi passionis, aliatumq; rerū diui-
natum colloquia, ita interitus illustrati, in-
flammatiq; sunt, vt post eius discessum in-
credibili quadā admiratione cōmōti di-
xerint: *Nōnne cor nostrum ardēs era;* dum lo-
queretur nobis in via? *Quamuis autem non-*
nunquam possit contingere, vt neque vīlā
in nobis sentiamus gustum, ex huiusmodi
sermonibus, nec quicquā eorū, quæ dicta
sunt, mēte retineamus, ipsa tamen nuda at-
tentio, suo nō carebit fructu: quemadmo-
dū qui aquam ex flumine cribro peteret,
quamuis omnis illa rursus efflueret, ipsum
tamē cribrū, saltem breui eo tempore ma-
defactum esset: Ita dico, licet nobis certò

194 DE MORTIFICAT.

constaret, omnia dicta spiritualia altera
aure percepta per alteram, ut vulgo dicitur,
iterum elabi, ita ut nihil eorum mem-
oria retineretur, hoc ipso tamen tempus
illud non male collocari iudicandū, cūm
saltem ex transitu quasi huius sacri liquo-
ris anima nostra ita recreari possit, ut po-
stea eorum quę Dei sunt magis capax fiat,
minusq; difficultatis in rebus diuinis sen-
tia, tartareisque hostium insultibus ma-
iore vi resistere possit, ut manifesta docet
experiencia.

Quod quidem inter praecipuos spiritua-
lis vita fructus, meritò numerandum est,
cui & ille fructus adiungi potest. quem ille
ipse, qui de rebus spiritualibus sermo-
nem facit, percipere solet, qui certè maxi-
Cassian. mus est, ut ostēdit apud Cassianum Theo-
Collat. 22. nas, qui rogatus, ut spiritualem institueret
cap. 1. sermonem, quod inter illos sanctos patres
valdè vistatum erat, respondit; se illorum
petitioni libentissimè satisfacere, quando-
quidem re ipsa experiretur, quod quanto
plus de hac materia loqueretur, tantò ma-
gis sibi saperet, quodque ex mutua sermo-
num huiusmodi communicatione, auscul-
tans ditior fieret, Verba verò faciens mul-
tum inde lucri reportaret. Grata namque est
huius fænoris occupatio, aiebat, que maiora
dum soluitur, argumenta conquirit, & non so-
lent

DE MORTIFICAT.

195

Iam percipientem ditat, verum etiam nihil immittit largienti. Duplices siquidem congregat quæstus rerum spiritualium dissipator; lucrum enim non solum in illius, qui audit, profectu, verum etiam in sua disputatione consequitur; non minus semetipsum ad desiderium perfectio-
nis accendens, dum instruit auditorem.

Experimendo didicit hoc venerandus *In vitis
Patrium.*
quidam Eremita, de quo Ioannes Mona-
chus narrat, cum aliquando graui quadam
tentatione exagitatum mundum repe-
tere statuisse, hocque consilio cum se de-
disset itineri, nocte interceptum, in vicino
quodam Monasterio Monacho quæsiuis-
se hospitium, & ab illis patribus magna
cum charitate ac lætitia exceptum fuisse,
quippe ad quos iam antea de ipsius vita ac
sanctis morib. fama peruererat. Cum ita-
que non nihil quieuisse, petierunt, inquit
ille, ab eo Patres illi magnis precib⁹, vt de reb.
spiritualib. verba faceret, qui licet nihil minus,
qua de spiritualibus reb. cogitaret, ne tamen il-
lis esset scandalo, coactus est petitioni morē ge-
rere. Quid sit? inter loquēdum Dei miseri-
cordia accidit, vt quibus tunc verbis alios
exhortabatur, ijsdē ipse cōmotus adeo sit,
vt statuerit ad propriā redire cellā, & anti-
quū viuendi statū maiori cum feroore re-
sumere, quod & fecit. Hinc constat, Patrē
hūc ex proprio sermone maiorē percepisse

196 DE MORTIFICAT.

S. Bonaventura lib.
de Infor-
mat, No-
uit. c. 18.

fructum, quām alios, qui ipsum audierāt. Idcirco S. Bonaventura suos fratres Religiosos tantoperē exhortatur: dicens: Deo libenter loquere, & libenius audi, Quis excitat cor ad studium virtutis, & ad affectū devotionis.

Verū quia dæmon manifestis ac diuturnis observationibus verissimū esse cognovit, quod hactenus dictū est, omnibus modis atq; stratagematis, tanquā miles peritissimus, hoc exercitium tam sanctum impedire & auertere conatur. Quare quando aliter nō potest, solet, nescio quam capitio grauedinē ac somnum inamittere, ut vel omnino nō percipientur ea, quae dicuntur, vel saltē non debita animi attentione & affectione. Fidem huius rei nobis facit sanctus ille senex Machetes, qui cum aliquando ad quosdā Monachos spiritualē haberet sermonē, omniumque eorum oculos somno grauatos esse atq; ita frustrā se loqui cerneret; volēs illis occultas dæmonis insidias aperire, institutū reliquit sermonem, & lepidā quandā illis cœpit narrare fabulam, ad cuius narrationem cūm eos confessum euigilasse, atque arrestis auribus adesse vidisset, ingemiscens ait: Num usque de spiritualibus loquebamur, & omnis vestrum oculi letali dormitione deprimebantur, at cūm otiosa fabula inuromissa est, omnes expel-

DE MORTIFICAT. 197

expergessi torporem somni dominantis ex-
eiusmīus. Vel ex hoc ergo perpendite, quisnam
collationis illius spiritualis fuerit impugnator,
¶ quis huius infructuose atque carnalis insi-
nuator existat.

Neq; verò tunc primum Machetes hanc
tartarei inimici astutiam cognouisse cre-
dendus est, sed dudu anteā, vt de ipso Cas-
sianus refert. Vidiū, inquit, senē Machetē Cassian. lib. 5. In-
nomine, hanc à Domino gratiam diuturnis pre-
eibus impetrasse, vt quotquot diebus & nocti-
bus agitaretur collatio spiritualis, nunquam fo-
nni torpore laxaretur, si quis verò detractionis
verbum, seu otiosum tentasset inferre, in sa-
minum pratinus concidebat.

Ex quo planum fit, Machetem non so-
lum S. Pauli consilium obseruasse, cùm ad
Ephesios scribit: *Omnis sermo malus ex ore* Ephes. 4.
vestronon procedat, cauendo scilicet, ne vl-
lum verbum malum sibi excideret, sed ne-
que ab alijs prolatum audire potuisse. Ne-
que facile dixerim, quænam maior fuerit
gratia, illane quæ Davidi illi fuit à Deo
concessa, de quo in principio huius capitis
diximus, qui nullum aliud potuit verbum
proficere, quā quod directè cederet in Dei
laudem ac benedictionē: an verò hæc ipsa,
quā Macheti contigisse iā dicebamus, qui
nullū detractionis, vanumque & otiosum

verbum ad aures admittere potuit: V-
trumque enim dum sumus in hoc mundo
æquè est necessarium, vt scilicet & pijs ser-
monibus vacemus, & à malis diligentissi-
mè abstineamus.

S.Basil.
Reg.bre-
viar.6.26.

Leuit.13.

Hinc interrogatus aliquando Sanctus
Basilius, vter eorum grauiori pœna esset
dignus, illene qui detrahit, an verò is, qui
auscultat & tolerat: Respondit; Extermi-
nandi sunt ambo à societate reliquorum; de-
tractor, quia non loquitur, quæ debet; at-
tendens, quia audit ea, quæ non conuenit
audire. Neque verò ulli nimis rigida
hæc Sancti Basilij pœna videri debet: Quia
si Deus hanc leproris pœnam imposuit,
vt & consortio hominum segregarentur:
Omnis tempore, inquit, quo quisquam leprorum
est, & ipius mundus, solum habitabit extra castra;
quantiò conuenientius hæc pœna detra-
ctoribus irrogatur, cùm hæc altera corpo-
rali lepra sit multo perniciosior & execra-
biliarior, neque solum in superficie cutis hæ-
reat, sed de corrupto quodam vitiatoque
principio interiori producatur, neque i-
psum solum, sed & auscultantem inficiat,
cumque & ei, cui detrahitur, noxia, atque
ad eò Deo ipsi abominabilis sit.

Meritò igitur hæc lepra, tanquam om-
nium malorum radix, & veræ unionis
fratcr.

DE MORTIFICAT. 199

fraternæque charitatis extirpatrix, quæ
tantoperè in omni Religione, est necessa-
ria, à finibus nostris procul exterminanda
est. Et quemadmodum Deus voluit, vt le-
prosus propria sua ueste os suum obtege-
ret, ne halitus sui contagione aërem infi-
ceret: ita oportet omnem Religiosum
os suum propria sua ueste obstruere; Volo
dicere, vt consideratione suæ obligatio-
nis, quam Religioso suo habitu præ se
fert, obturet os suum, ne inde pestife-
rum detractionis halitum exhalet, ne-
que vnquam aures præbeat detractioni-
bus, ne fortè & ipse hac exitiali lepra
inficiatur; simulque intelligat, quod sic
ut illi, qui nativam suam & vernaculam
linguam, crassam & impolitam dedis-
cere cupit, vt addiscat elegantiorē &
politiōrem, non modò à propria lin-
guia abstinentium est; sed & omnes fu-
giendi sunt, quibus illa lingua fami-
iliaris est: Ita quicunque serio turpem
hunc loquendi modum, hoc est, mur-
murandi & detrahendi consuetudinem
dediscere cupit, non solum ab huiusmo-
di murmurationibus & detractionibus
abstinere, sed neque murmurantibus &
detrahentibus vlo modo aures præ-
bere debet: conetur autem potius ex-
ercere se assiduè in cœlesti & glorioſa illa-

I. 4. lingua,

200 DE MORTIFICAT.

lingua, qua beati in altera vita laudant
& benedicunt dominum, & notam fa-
ciant filiis hominum potentiam suam,
& gloriam magnificentie regni sui
ac misericordiarum sua.

rem.

F I N I S.



D. HENRICI
HARPHII

DIRECTO-
RIVM AVREVUM
CONTEMPLA-
TIVORVM,

MORTIFICATIONES
*duodecim in se comple-
ctens.*



COLONIAE.

Sumptibus Bernardi Gualtherij.
ANNO M. DC. IIII.

D. HENRICI
HARPHII THEO-
LOGI PROFVNDISSIMI
ORTHODOXAQUE PIE-
tate præstantissimi, in libellum
suum de Mortificatione

PRAEFATIO



Ratia Domini nostri Iesu Christi, charitas patris, & communicatio sancti Spiritus fit cum omnibus nobis, Amen. In Christo dilecta filia, ut satisfiat, secundum posse meum, ingenti, humili ac deuoto tuo desiderio, quo multipliciter optasti accipere a me doctrinam breuem & instructionem, quomodo quis peruenire possit ad veram perfectam vitam, qua aliquis Deo simillimus, & in spiritu vnitissimus effici possit, scias duo ad hoc principali ter esse necessaria. Vnum est, perfecta mortificatio & separatio ab omnib. rebus, qua possent aliquid impedimentum prestatre.

præstare, quod minus Deo appropinquare.
& ipsi vñiri possimus. Alterū, quod oportet nos habere notitiā, quomodo acci-
rere debeamus amorosam permanētem
vnionem inter Deum & vires animæ no-
stra. Prosequendo ergo primū, scias quod
oportet esse in nobis perfectam mortifi-
cationem, præcipue in duodecim. Primo,
mortificationem omnium affectuum er-
gares temporales. Secundò, omniū af-
fectuum propria questionis in agendo
quilibet opera virtuosa, & in dimitten-
do mala. Tertio, omniū affectū propriæ
sensualitatis. Quartò, omniū affectuum
amoris sensualis, naturalis & acquisiti.
Quintò, omnium affectuum erga cogita-
tiones & imagines rerum creatarum.
Sextò, omnis curæ, qua non est de iusta
necessitate, propter spiritualem vilita-
tem, vel propter obedientiam. Septimò,
omnis amaritudinis cordis. Octauò, o-
mnium affectuum vana gloria, & pro-
pria complacentiæ, honoris mundani &
superbiæ. Nonò, omnium affectuum,

264 PRAEFATIO.

oblationum internarum, spiritualium
vel sensualium. Decimò, omnis scrupulo-
ritatis cordis. Undecimò, omnis inquietu-
dinis & impatientia cordis in omni exte-
riori aduersitate. Duodecimò, oportet fieri
mortificationem omnis propria volun-
tatis, in totali voluntaria resignatione ad
omnem internam derelictionem sufferen-
dam propter amorem Dei. Ista sunt duo-
decim portæ spiritualis paradisi cordis
nostrī, quod est paradiſus deliciarū Dēi,
¶ nou. 8. quemadmodum ipse met locutus est: De-
liciæ meæ sunt esse cū filijs homi-
¶ apoc. 12. nū. Quæ portæ, sicut Ioānes in Apocalyp-
sait, constructæ sunt & ex singulis mar-
garitis virtutū, quibus anima reforma-
tur, ita ut inferiores hominis vires
non præpediant superiores, quin
fluere valeant ad Deum
& in Deum.

THEO-



**DE OMNIVM RERVM
TEMPORALIVM CONTEM-
PTV, ET DE TRIBVS
paupertatis gradis-
bus.**

CAPVT I.

PRIMA est mortificatio omnium affectuum rerum temporalium.] Hic quæri posset, vtrum ad statū perfectio-
nis sit necessarium, facere votum voluntariæ paupertatis & resignationem rerum temporalium, cùm dominus noster dicat in euangelio: *Si vix perfectus esse, vade & vende omnia que habes, & da pauperibus, & sequere me.* Ad hoc respōdet sanctus Thomās de Aquino, quod perfectio non consistit essentialiter in paupertate siue in tribus votis, sed in sequela Christi secundūma interiores virtutes. Sed voluntaria pauperitas & alia vota sunt instrumenta, adiumenta & exercitia melius velociusque perueniendi ad perfectionem. Paupertas enim *Votare* deponit impedimentum, quod in rebus gonia.

206 HENR. HARPHI
temporalibus est, puta sollicitudinē & amo-
rem earundē rerū, & superbiā quæ ex ipsis
oritur & nascitur, sicut de pāno tinea. Ve-
runtamē perueniri potest ad perfectionem
sine his trib⁹ votis: quia Abrahā perfect⁹ e-
rat, qui tamē diues erat & habebat vxorē,
Similiter oēs episcopi sunt in statu perfe-
ctiori quā quicunq; religiosi, & tamē habēt
bona propria: & intelligitur istud etiam de
alijs votis. Ex quib⁹ verbis duo sūt notāda:
Primū est, q̄ qui omnia bona sua perfectē
resignare valet quieto corde in Dei bene-
placitū, siue ea ab eo auferat, siue cōseruet,
nec illis vti vult nisi ad suā necessitatē, &c
maiorē honorē Dei atq; beneplacitum e-
ius secundū omnē suū intellectū, ac consi-
deratis statu suo, cōditione, natura, alijsq;
pūctis in hoc cōsiderādis, si sciret Deo ma-
gis placere vt omnia sua vēderet, daretque
pauperibus, ad hoc paratus esset, ille habet
perfectē voluntariā paupertatē. Quia Deus
nō desiderat in tantū exteriorē temporalium
rerū paupertatē, quātū interiorē in abstra-
ctione affectuū & occupationū: quia hæc
est essentia & forma veræ paupertatis. De
qua dicit Paulus. *Nihil habentes* (scilicet in
affectu) & *omnia possidentes*. Et hoc sit quā-
do adeo liberi ob omnib⁹ reb⁹ temporalibus
sumus, quod si nobis (permissiōe diuina ad
probandū nos) auferretur, voluntatē nostrā
libere nihilomin⁹ valeremus conformare.

Pauper-
tus quid.

Pauper-
tus vera
que.

2. Cor. 6.

I
volun-
parū i-
m⁹, sec-
dūmo-
ratā p-
mane-
abſtuli-
nomē
paupe-
re deb-
imper-
offer-
regnū
peres
riorib⁹
liquā
hoc ta-
in del-
signē
ratioē
bis no-
tate ci-
sūt pe-
ſe suū
tandi

Pri-
nihil
de im-
exteri-
quod

DE MORTIFICAT. 207

voluntati Dei. Et esto q̄ fragilitas naturæ
 parū in illo recalcitraet, quia homines su-
 m°, secūdū hoc tamē De° nos nō iudicaret,
 dūmodo deliberata volūtas rationis se pa-
 ratā p̄f̄staret ad illud, & quieta in hoc per-
 maneret, dicēs cū lob: Domin° dedit, domin°
 abſtulit, sicut domino placuit, ita factum est: sit Iob. 11.
nomen domini benedictum. Iſta eſt essentialis
 paupertas, q̄ omnes electi p̄ſe ētē quāre-
 re debēt & appetere, quō melius cor suum
 imperturbatū, quietū, ac nudū Deo ſemper
 offerre valeāt: Et si huiuscemodi homines
 regnū poſſiderēt, tamē veri volūtarij pau-
 peres eſſēt. Et licet quādoq; ſētiāt in infe-
 riorib; ac bestialib; virib; oblectationē a-
 liquā in prosperis, vel triftitiā in aduersis,
 hoc tamē nō minuit perfectionē, dūmodo
 in deliberata volūtate rationis ſe libere re-
 ſignēt diuino beneplacito, & in superiori
 ratiōe quieti perseverēt: Secūdū ex his ver-
 bis notā dū eſt, q̄ illi qui volūtarīa pauper-
 tatē cū alijs votis voverūt, propter hoc nō
 ſūt perfecti, ſed obligauerūt ſe ſecūdū poſ-
 ſe ſuū tēdere ad perfectionē. Sunt aut̄ no-
 tandi tres gradus voluntariae paupertatis.

Primus eſt paupertas profēſionis. vt eſt
 nihil propriū poſſidere: que paupertas val-
 de imperfecta eſt, quādo trahitur ad ſolā
 exterioris boni poſſessionē. Nam multi id
 quod non habēt, eō auidius affēctāt, ſicut
 ſuper-

Pauper-
tas profē-
tionis.

superfluitatem comedendi & bibendi, curiositatem vestiū, & his similia. Affectus enim paupertatis est principale voti & virtutis: propterea non sunt ipsi pauperes spiritu, hoc est, voluntate coram Deo, sed tātum coram hominibus. Consequenter id teneas pro regula, quod quo cunque vntur, etiā in necessitate naturæ, in vestibus, peplis & huiusmodi: si id possidet cū affectu cordis, vt quasi ultimum finem continuat in his rebus, ita quod si hoc ab eis per superiores suos auferretur, male contentarentur, imò & murmurarent: hoc cōram Deo cum proprietate possident, oportetque eos de illo magnam rationem reddere.

*Pauper.
tas v̄sus.*

Secundus gradus est paupertas v̄sus temporalium rerum, eorum scilicet, qui nihil desiderant nisi quod est eis de iusta necessitate, dolentque de superfluis, curiosis & preciosis. Iſti in hoc laudabiles sunt, quod ex suis affectibus eiecerunt omnia, quę ipsis de iusta necessitate non sunt: sed in illo defectuosi sunt, quod nimis magnum affectu habent ad res quę sibi necessarię sunt. Quia quantæcunque necessitatis esse appareat aliqua res: & si v̄sus illius nobis concessus sit, tamen penitus nobis interdictū est, affectionem ad illam habere, vel in ea cum affectu requiescere.

Textus

DE MORTIFICAT. 209

Tertius gradus est paupertas affectio Pauperis, quando fidelis Dei seruus in tantum ~~tas~~ affectu trahitur ad effectum paupertatis, ut nulla ~~sioms.~~ res sit in creaturis vel in rebus temporalibus, ad quam cor & affectus inclinentur: quin etiam ipsa naturæ necessaria cum tædio & nausea suscipit in subsidiū vt vsuma mortalis nature, vt eò melius libero ac nudo affectu subuolare valeat intra nuda brachia crucifixi amati Iesu Christi. Omnes ergo qui taliter temporalia possident, & tam liberi sunt in affectu, ac si ea non possiderent, sunt voluntarij pauperes spiritu. At omnes qui sic paupertatem voverunt, vt tamen in rebus temporalibus cum affectu quiescant, stant in proprietate coram Dco.

Matt. 6.

CAPUT II.

De sui ipsius quæstione euellenda, & de teipisci intentione.

Secunda est perfecta mortificatio omnium affectuum propriæ quæstionis in agendo qualibet opera virtuosa, & in dimitiendo mala. Nam ista propria quæstio ex seruili amore prouenit, quo seipso nimis amant quidam, atque in omnibus ~~illis~~ suam utilitatem & commodum quærunt, quam beneplacitum diuinum: & ob hoc à Dco contemnuntur eorum bona opera,

opera, & ipsi iuste cōdemnantur. Hic scire debes, quod amor filialis & amor seruilis omnino sunt similes in suis operibus, sicut sibi similes sunt duo pili vnius capit is, ita ut non bene possint discerni: altamen valde sunt dissimiles in intentione. Nam principalis intentio filialis amoris, in faciendo quodlibet bonum, vel dimittendo malum, est Deum placare, cognoscere, placere, laudare, gratias agere, honorare, eius beneplacitā voluntatē adimplere. Amor autem seruilis cognosci potest ex tribus. Primo, quod serui in omnibus peccatis quę dimittūt, & in omnibus virtuosis operib⁹ & exercitijs quę studēt implere, principaliter semetipos quærunt, hoc est, vel virare proprium incommodum puta confusione, redargutionem, amissionem temporalium, remorsum conscientiæ, pœnā inferni vel purgatorij, & similia: vel cōsc qui proprium cōmodum, vt laudem, honorem & gloriam humanam, temporalia bona, spiritalia bona, sensibilem gratiam, deuotionem, dulcedinē, visiones, & similia, aut etiā vitam æternā: in omnibus his amplius utilitatē propriā quærentes quā beneplacitum Dei. Et propterea vitia cūcta dimittunt, magna quoque voluntariè, strenuè atque hilariter operantur, despiciunt mundum, carnem propriam, amicos

& affi.

& affi diunt lam plina quod dilect hoc gna r um in lib sus su tame mox tiam nem. Nam tie & cum n auati rem a vision losit: volu deci tum & ac psis, tis c teris sunt:

DE MORTIFICAT.

21

& affines: agūt pœnitentiā grauem, ingrediuntur monasteria, strictè obseruāt regulam suā, statuta, silentium, iejunium, disciplinas & similia: & frustra agunt omnia, eo quod nō norunt neq; obseruāt præceptum dilectionis Dei. Secundò sciri possunt in hoc quod bona opera sua & exercitia magna reputant, potius in spe & merito suorum bonorum operum requiescentes, quā in libertate filiorum Dei, quas Christus Iesus suo benedicto sanguine redemit, in qua tamen solum requiescere deberēt. Idcirco mox vt acquirunt aliquam sensibilem gratiam, deuotionem, dulcedinem vel visio nem, statim illis abutuntur in peccatum. *Rom. 8.* Nam cadunt in superbiam proprie complacētie & vanæ glorie, putantes se aliquid esse cum nihil sint in veritate. Consequenter in avaritiam cadunt, semper affectantes maiorem dulcedinem, deuotionem, revelationes & visiones. Tertiò, cadunt in spiritualem gulositatem, prædictis scilicet fruendo in voluptate naturæ. Ultimò in adulterium decidunt spirituale, scilicet quod in tantum se dant ad acquirenda ista à D E O, & ad fruendum, quiescendumque in ipsis, vt D E I & beneplaciti ipsius penitus obliuiscantur. Et istud notare poteris, in hoc, quia subtracta deuotione, sunt valde impatiētes, inquieti, tædiosi, inuas;

*Amor iste
seruīlis i-
deo per-
uersus
quia dile-
ctiones
propriam
habet pro-
fine.*

*Apoc. 1.
Galat. 5.
Hec vera
quando fi-
nis consti-
tuīt in eis
eis que
dixit ab
stor.*

inuoluntarij atque peruersi: & querunt tunc solatium suum in creaturis, in actibus, verbis, affectibus, vel cogitationibus. Tertiò in hoc cognosci possunt, quod nūquam tam fideliter Deo seruirent, si sciret se nullam à Deo mercedem temporalem pariter & æternam recepturos: puta sensibilem gratiam, deuotionem, consolacionem, atque futuram gloriam. Istiusmodi homines valde male stant. Nam omnibus donis Dei abutuntur in suam maiorem damnationem.

Quæstio-
nem pro-
priā mor-
tificandi
modus.
Intentio
recta.
Rectus
quis.

Vt ergo omnis propria quæstio mortificetur, oportet intentionem in faciendo quolibet bonum, & in dimitendo malum, rectificari: & hoc in tribus gradibus: Quia est aliqua intentio recta, aliqua simplex, aliqua deiformis. Intentio recta operatur quolibet bonum, & malum dimitit principaliter propter Deum; de qua loquitur Gregorius in Moralibus: Rectus est ille, qui in aduersis non frangitur, qui ad temporalia non inclinatur, qui ad superiora totus erigitur, qui diuinæ voluntati totus subiectitur. Intentio autem ista quamuis recta sit, non tamē est sufficiens ad perfectionem, quia simplex non est, sed stat in actiua vita ac multiplicitate: circa multa quoque distrahitur atque turbatur, quam Deus omnium operum finis sit & inten-

intentio. Intentio simplex plus animam ornat, quia sine medio plus Deo appro-
pinquat & spectat ad contemplatiuam vi-
tam: quoniam non solum agit vel dimit-
tit omnia principaliter ut Deo placeat, i-
psum honoret, collaudet & confiteatur:
sed ordinat etiam omnia opera & exerci-
tia in Deum, hoc est, ad fruendū Deo sem-
per præsentialiter* cum omnibus suis viri-
bus, in amoroso quodam effluxu. Et dici-
tur ideo simplex, quia non solum est re-
cta, ut propter Deum virtuosus actus per-
ficiat, sed etiam simplex ad quiescendum
simpliciter in DEO, & ad deuitandam o-
mnem multiplicitatē. Nam ipsa est amo-
rosa quædam inclinatio interni spiritus in
Deum, illuminata agnitione diuina, orna-
ta fide, spe & charitate: & est internū fun-
damentum vitæ spiritualis. Ista ergo in-
tentio immeditate transit in Deum, quan-
tum potest, principaliter ad Deo placen-
dum, ad amandum eum & honorandum:
sed istud non est tantum propter Deum,
nam seruat adhuc aliquid propriū, ut est,
quod etiā in suo exercitio habere affectat
spiritualem consolationem ac deuotio-
nem. Et sunt nonnulli qui hoc propriè nō
requirunt; atamen non sunt tam volunta-
rii recipere omnem deuotionis & dulcedi-
nis subtractionem, sicuti earundem gra-
tiarum

* Alias,
præsenie.

Simplex.

214 HENR. HARPHII

tiarum affluentiam: omnem aduersitatem, sicut prosperitatem: cōfusionem, sicut honorem: & sic de alijs, nisi ad gradum tertium perueniant: qui deiformis intentio appellatur, quia hēc adeō se Deo vniuit & assimilauit, ut querat duntaxat & affectet honorem, voluntatem, gloriam & beneplacitum Dei, tam in aduersis omnibus, quam in prosperis. Beatus qui hoc à Deo adeptus est. Nam Bernardus dicit, quod taliter affectum intentionis disponere, est deificum atque deiformem fieri, & vnum cum Deo, Deo quoque cum Deo perfici.

CAP V T III.

Sensualitatem tribus mortificandam modis, &
de venialium peccatorum differentia.

Tertia est perfecta mortificatio omniū affectuum propriæ sensualitatis. Hęc sensualitas consistit principaliter in tribus. Primo in voluptate, quæ fouetur in appetitu deliciorum cibariorum, & potuum, mollium indumentorum, lectoriū, & similiū. Attamen prædictis vti vnumquemque secundū statum suum, conditionem, naturam & infirmitatem, non est prohibitum, sed vti ex appetitu sensualitatis, quemadmodum Paulus dicit: *Carnis curam ne feceritis in desiderijs.* Voluptas etiam consistit in omni lasciuia cogitationum, affectuū, verborū, operū, gestuū, ac varia-

Rom. 13.

Intentio
deiformis.
miss.

Sensuali-
tas volu-
ptatis.

DE MORTIFICAT. 28

rum cum alijs personis conuersationum
 ex sensuali amore. Secūdō cōsistit in vani-
 tate appetitus mundani & humani hono-
 ris, gloriæ, laudis, fauoris, societatis: & in
 appetitu fruendi in omnibus vanitate sen-
 suum, videndi pulchra, nouos rumores *Sensuali-*
 audiendi, & huiusmodi. Tertiō consi-*tas appe-*
 stit in curiositate & aptitudine exquisita, *titus.*
 domorum, camerarum, & omnium vten-*Sensuali-*
 silium, vestium, mundorum peplorum, & *tas curio-*
 similiter omnium rerum quæ in usum ve-*sitas.*
 nire possunt vel haberi, quas sensuali qui-
 dam possident affectu, ac pleno corde in
 eis quiescunt. Istan & omnes alias sensua-
 litates in ridendo, fabulando, omnem et-
 iam commoditatem & solatium naturæ,
 quæ ex sensuali affectu queruntur, opor-
 tet penitus mortificari: quia præpediunt
 ne homo in virtutibꝫ progressum habeat,
 sed semper amplius retrocedat. Et causa
 huius est quia spiritualia exercitia diffici-
 lia reddunt, & omnem deuotionem insi-
 pidam, sicut dicit Apostolus: *Animalis ho-*
mo non percipit ea quæ sunt spiritum Dei. Et li-
 cit huiusmodi homines aliquando videā-
 tur habere deuotionem & dilectionē Dei,
 tamen facta & deceptoria est, scu naturalis
 quidā affect⁹ deuotionis & amoris quēad-
 modum videmus homines natura letos &
 amorosos, quocunq; se vertat facile incēdi
1. Cor. 3.
amor⁹

amore & desiderio. Et quamuis spiritus sancti bonitas huiusmodi hominibus aliquando larga sua gratia condonet deuotionem, lacrymas, sensibilem amorem, & similia, vt tamen his donis utiliter, ordinatè & salubriter non norunt. Magis verò inutilia sunt eis, quamdiu in sensuallitate sibiipsis mori nō addiscunt: quoniā initium proficientis vitæ est mortificatio omnium affectuum venialium peccatorum.

*Vite proficiens
initium.
Peccatorum ve-
nialium
discrimē.
Peccare
ex infir-
mitate
quid.*

*Peccare
ex affecti-
one pro-
pria.*

Hic notandum, quod magna differencia est inter labi in venialia, ex propria affectione, & labi ex infirmitate vel occasione. Nam propter naturæ nostræ infirmitatem omnia venialia peccata cauere non possumus, tamen omnes affectiones venialiū in nobis mortificare bene valemus. Illi ergo ex naturæ fragilitate & occasione duntaxat delinquunt, qui antè & post quādo soli & liberi apud semet ipsos sunt, non desiderant aliquid quod peccatum sit, vel sensuale, vt vaniloquium, vanam societatem, bene manducare & bibere, cōplacentiam sui ipsius & aliorum, vanā gloriam, & huiusmodi: dum tamē ad hæc aliquam occasionem acquirunt, citò ex naturæ fragilitate in venialia cadunt: sed quācito ad se redeunt, dolent inde, & sentiunt auersionem & displicentiam eorum omnium,

que

DE MORTIFICAT.

217

Quæ à Deo elongare possunt: & hoc veniale paruū est, statimq; à Deo per displicētiā remittitur. Illi verò ex propria affectione delinquunt, qui antè & pòst dum liberi ab omni peccatorum occasione existunt, desiderant occasiones habere, non propter peccatum, sed propter oblectationem, ut quod affectant habere vanam societatem ad ridendum, confabulandum, ludendum, quod affectant bene manducare, bibere, nous rumores audire, curiosas vestes habere, & similia in centum modis. Tales quamdiu affectum venialium non mortificant, non dimitiuntur ipsis peccata, licet sàpè ea confiteantur. Et quamvis nonnunquam videantur pro eis dolorem habere, tamen ille non prouenit ex vero sincero fundo cordis: neque tantus est, ut peccatorum affectiones penitus ex corde eradicare valeat. Istiusmodi etiam nunquam poterunt habere profectum in virtutibus, omnia bona opera eorum multis imperfectionibus sunt permixta, & gratia atque deuotione, quam à Deo suscipiunt, non rectè vtuntur. Ea propter, quemadmodum Caiphas prophetauit de Christo, *Expedit ut unus moriatur homo pro populo, & non totagens pereat: sic etiam expedit ut sensualitas sibiipsi moriatur, sentiendo scilicet perfectam auersionem ab omnibus, in*

*Peccare
ex affectu
one pro
pria*

Ioan.12

K

qui bus

quibus sensualitas assueuit quiescere, vt tota multitudo operum virtuosorum, pœnitentiaæ, misericordiæ, bonorum exercitiorum, confessionis, & huiusmodi non pereat. O si agnosceremus quām multa frustra absque vlla vel modica vtilitate operentur magna, profecto multū miramur: quia s̄epe quod coram hominibus magnum appetet, coram Deo fœtet.

CAPVT IIII.

De mortificatione omnis inordinati amoris erga homines, & de varijs amorum differentijs.

Quarta est perfecta mortificatio omnium affectuum secularis, naturalis & acquisiti amoris. Cuius haec est ratio, quia omne quod aliquo amplectimur amore, cor imaginibus depinget, præstet tempore quo nos ad Dcūm conuertere voluerimus, & cor tunc distrahitur atque turbatur, & impurum ineptumq; redditur ad Dei seruitium. Si autem solum Deum amauerimus, atque amore eius omnibus creaturis & nobisipsis renūciauerimus, diuina imagine depingemur, eiusque amore sursum trahemur, ac in abysso sui amoris absorbebimur. Ut ergo habeatur distinctio moriendi omni amori, sciendum in primis, quod est amor quidam mun-

*amorū
dani.*

DE MORTIFICAT.

219

mundanus, qui mundo placere desiderat,
& eidem timet desplicere. Amor iste multa
opera defectuosa & vitiosa facit ad
mundo complacendum. Facit & multa
bona opera magis pro mundano honore
conquirendo, aut confusione vitanda,
quam ad placendum Deo. Omnia autem
ista opera imperfecta sunt: Vel si huius-
modi opera propter Deum faciunt aliqui,
placet tamen ipsis ut inde laudetur ac ho-
norentur, plus propter gloriam propriā
& laudem, quam propter amorem Dei,
aut ædificationem proximorum. Simili-
ter è contrario committunt aut commit-
tere parati sunt defectus multos & pecca-
ta, virtutes quoque omittere plurimas &
profectum earum, ad euitandam amis-
sionem bonorum temporalium, honoris,
fauoris, amoris, vel potius quam pateren-
tur confusionem, irrisiōnem, reprehen-
sionem atque contemptum. De omnibus
istis David ait: *Qui hominibus placent, con- Psal. 52.*
fusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Secun *Amor na-*
do, est amor quidam naturalis, quem ge-
rimus ad nosipos, ad patrem, ad matrem,
ad fratres & sorores, & cæteros cōsanguineos. Amor iste à Deo prohibitus nō est,
quia ipsum in cor nostrum non sinere per-
uenire, naturæ nostræ non est bene pos-
sibile, sed ipsum bene regere secundum

K 2

zatio.

rationem rectā sub diuino amore, vna est summarum virtutum: quia natura nostra subtilis est, & in omnibus querit seipsum. Naturalis etiā amor ad cognatos, quanto magis licitus est, tanto difficilius vincitur. Propterea in isto probatur Abraham à Deo iubente, ut filium suum ob amorem

Gen. 21.

*Diligendū
quid nam
in homine.*

*Odiendū
quid nam
in homine*

sui immolaret. Et quia diuinus amor superabat omnem naturalem amorem (nam paratus erat Isaac filium suum ob amorē Dei necare) idcirco amicus Dei appellabatur. Si volumus ad hoc felix nomen etiam peruenire, oportet nos in homine nihil aliud diligere quam Deū, & quod Dei est, hoc est, virtutes & gratiā Similiter nihil in ipso odite debemus præter vitia: & hoc sine omni personarū acceptance, siue sit pater, siue mater, amicus, aut consanguineus, vicinus vel hostis, ita quod nullum quis ad eō familiarem habeat amicum, in quo quemcunque amet defectum, vel cui suis vitijs aut defectibus applaudit, seu adulterat, aut cuius præsentiam, conuersationem & familiarem societatem desideret, nisi in quantum propriæ, vel alterius utile fuerit saluti. Nullum etiam tam magnum hostē habebit, vt in eo naturam aut virtutes ostendat, vel eius salutem secundū suum posse affectare, petere & cooperari refugiat aut attædierit, quamdiu spem mendatio-

DE MORTIFICAT. 221

nis habere poterit, exemplo Christi Iesu, qui cum lachrymis & valida voce pro ini-
micis suis coelestem patrem rogauit pro
venia. Accipe generalem regulam, quod
omnis amor (sit naturalis aut alius) qui ho-
mini in corde facit inquietudinem & ima-
ginationes, praesertim tempore orationis,
vel etiam anhelare facit ad videndum, ad
alloquendum, vel ad habendum praesen-
tem cum, qui diligitur & abest, nisi esset
solum propter animae salutem & instruc-
tionem spiritualem, amor talis inordina-
tus est & defectuosus eorum Deo, magnu-
que impedimentum generat proficien-
tiæ.

Canon.

Tertiò, est amor qui dām acquisitus: & *Amor ac-*
hoc duobus modis. Primo, frequenti præ-*quisitus.*
fentia & conuersatione murio habitis.
Secundo, donis, seruitijs, subsidijs & amici-
cijs alterutrum exhibitis. Ambo isti amo-
res liciti sunt, sed periculosi, quia faciliter
ducunt homines in amore inordinatum,
per quem ad peccata vel defectuositatem *Amor ra-*
pertrahuntur, vel à virtutibus aut profici-*tionaliss*
ente vita retrahuntur. Quartò, est amor
quidam rationalis, qui crescit & oboritur
ex consideratione virtutum aliorum ho-
minum vel sanctorum, aut certe domini
nostrī, ita quod ratio nos trahit & cogit:
amare virtutes, & earum opera, Et sic cō-

K 3. tingit

tingit quod aliqui ex ingenita natura, vel ex studiosa exercitationis frequentia magnos habēt affectus amorosos ad summū bonū (quod est Deus) diligendū, in tantū, ut semetipſos paratos inueniant ad mortē tolerandā propter Deū: & tamē cōtingere potest, quod totū proueniat ex natura sine virtute charitatis, & sine gratia Dei. Idcirco nemo cōfidere debet in deuotione & sensibili amore, quia quantū sibiipſis propter Deum quis moritur, & præcepta eius atque consilia sequitur, tantum habet de charitate, & non plus.

CAPVT V.

De mortificatione vanarū & noxiarum cogitationum omnium, de que earundem nocimēti.

Quinta est perfecta mortificatio omnium affectuū erga cogitationes & imagines rerum creatarum, & affectuosa quædam conuersio ad omnimeam solitudinem, non tantū secundum corpus, sed multò amplius secundum cor & cogitationes, prout Seneca dicit in libro de quatuor virtutibus: *Cogitationes vagas & somno similes non recipies: quibus si animum tuum oblectaueris, cum omnia disperieris, tristis remanebis.* Notandum quod triplices sunt cogitationes. Primæ sunt cogitationes vanæ, quæ homini in affectu non adharent, licet incident multiplices cordi

Cogitationes vanæ.

cordi inſtar maris fluctuantis, & auiū volantiū, & similiū. Et cogitationes istae quāuis in ſeipſis malæ nō ſint, nec magna peccata, tamē magnū impedimentū präſtant proficiēti vitę: ſuntq; indicia vacui cordis, & tepidæ deuotionis. Quia vbi cor huma- num plenum eſt diuino amore, ibi cedere oportet omnem vacuitatem & tepiditatem, ſicut clavis clauo pellitur.

Aliæ cogitationes noxiæ ſunt, vt cum homo trahit in cor ſuū imagines creaturæ aliquas, vel peccatorum cum sensuali oblatione, licet ad mortalis peccati conſenſum non perueniat. Cogitationes iſtæ ingens in corde dñm efficiunt, quia valde diuinæ gratiæ in actionem ſive internam operationem präpediūt, ſpirituū ſanctum contriſtant, lectulum di- lecti commaculant, insipidum omne spirituale exercitium reddunt. Si tamen huiuscmodi cogitationes & imaginatio- nes incident nobis imp̄tunè cōtra vo- luntatem noſtrām, & nos diligentes reſi- ſteremus, earum onus pro ſpirituali mar- tyrio tolerando, tunc ad magnum nobis meritum prouenirent, niſi occaſionem huiuscmodi cogitationibus atque tentationibus präberemus per immortificat̄ desideria ſensualitatis, vt ſupradictum eſt. Quia iſti p̄æſati duo modi cogitationum.

cōmuniter veniunt ex incuria & immor-
tificatione nostra, puta quia studiosi non
num ma- sum ad trahendū cor nostrum violenter
larum cay ad bonas cogitationes, sed ex consuetu-
do.

Cogitatio- tificatione nostra, puta quia studiosi non
num ma- sum ad trahendū cor nostrum violenter
larum cay ad bonas cogitationes, sed ex consuetu-
do.

Cogitacio- nes inqui- nos introuertere volumus ad solitudinē,
nes inqui- cor innumeris cogitationib⁹ & distractio-
nibus oneratū est & occupatum, id oq̄i
etātes cor. in virtutibus proficere non valimus. Nam
solitudo, silentium, & arcta obſeruatio
cordis nostri, sunt principium & funda-
mentum proficiensvitæ. Tertius cogita-
tionum modus est earum, quæ in seipsis
bonæ sunt, sed mentem inquietant, siue
sint de temporali cura licita, siue sint de
spirituali cura, ut in scrupulis & pusilla-
nimis & similibus: siue sint de coelesti-
bus & æternis, sicut in curiosis & subtili-
bus perſcrutationibus mysteriorum Dei
& æternæ vitæ. Homines subtilis ingenij,
& ex natura actiui, difficilius quam alij à
cordibus suis huiusmodi cogitationes va-
lent abigere. Attamen oportet eas pe-
nitutis

DE MORTIFICA T

nitus à corde repellī, in quantū præpediūt
simplicem cordis quietē, qnē maxim ē nū-
trit amorosū in Deū effluxū. Nā quia Deus
vnus est, melius simplicitate cordis inue-
nitur: & quia amor ætern⁹ est, melius desi-
derio & amore cōquiritur. Nō tamē volo
q̄ sine omni imagine & cogitatione esse
debeas, sed propono tibi imaginem Iesu
Christi: qui est splendor vel fulgor æterni lu-
minis, & speculū sine macula, ut Sapiens ait.
Hāc imaginē amoroſo desiderio imitandi
portabis in exteriori homine tuo, secun-
dum humanitatem eius in cruce penden-
tem: imprimisque tibi formam suā aby-
ſalis humilitatis, abiectionis, patiētiæ, mi-
titatis, & omnes alias abyssales virtutes ul-
tra omniū hominū capacitatē. Imaginem
hāc accipe in omni loco, in omni hora, in
omni verbo, in omni opere, in omni occu-
patione, intus ac foris, in prosperis & ad-
uersis. Si comedis, intinge singulas bucel-
las panis in vulnera ei⁹. Si bibis, cogita po-
tū quē in cruce potauit. Si lauas man⁹, vel
corpus, cogita sanguinē quo animā tuam
lauit. Si vadis dormitum, cogita lectum
crucis, & reclina caput tuum super ceru-
cal spineq̄ coronæ. Et in his cogitationibus
debes nutrire amoroſam cōpassionem &
desiderium imitandi vestigia eius. Interi-
ōri autem homine portabis imaginē
abyſſa.

*Simplifi-
catione cor-
dis.*

*Imago
Christi in
corde por-
tanda.*

Sapie. 7.

*Alias ten-
tatione.*

abyssalis charitatis suæ, ex qua cuncta creauit, humanam naturam assumpsit, formam cunctarum virtutum dedit, amaram mortem sustinuit, vitam æternam parauit, & seipsum totum promisit. Et hoc modo cogitationes commutabuntur in affectiones, & cognitio in amorem perfectum: quia amor operatur mortificationem naturæ, vitam spiritus, operationem superiorum virium, influxumque in Deum, & separationem ab omni creatura.

CAPUT VI.

De cura omni nō necessaria reiicienda, atque de verum externarum administratione.

Sexta, est perfecta mortificatio exteriores curæ, quæ non est de iusta necessitate propter spiritualem utilitatem, vel propter obedientiam. Hic sciri potest vera differentia actiuæ vitæ, quæ fideles seruos Dei efficit: & contemplatiuæ, quæ familiares amicos Dei facit. Nam quidam in sua conuersione eligunt obedire Deo, sanctæ ecclesiæ, & suis superioribus: exercitantque se in virtutibus, in bonis moribus, in starotorum & ordinationum diligenti obseruatione, quærentes in omnibus honorem Dei, & nō seipsoſ. Sed altior tem perfectionem constituant in exercitijs vitæ actiuæ, & in orationibus vocalibus,

DE MORTIFICAT. 227

bus, vel in recogitando peccata sua, mortem, iudicium aut etiā passionem domini, duntaxat ad compatiendum: peruenire que non valent ad cognoscendum exercitia veræ vitæ contemplatiuæ. Ratio est, quia in actiuâ vita magis ipsis complacet, & videtur eis magis meritoria esse: & hæc est causa, quare in cordibus eorum magis sunt depicta opera quæ faciunt, quæ Deus ipse, propter quem illa faciunt. Idcirco in corde diuisi sunt, distracti, & instabiles: quoniam passiones naturales adhuc viuunt in eis, quibus faciliter cōmouentur, quamdiu non perueniunt ad contemplatiuam vitam, quæ emori facit omnibus passionibus naturalibus, scilicet inordinatæ lætitiae, tristitiae, complacentiae, vanæ gloriæ, impatientiæ, vanæ spei, inordinatæ verecundiæ, & similibus: propter quod etiam nō possunt peruenire ad interiorem hominem & quietem, nisi prius ex toto intrinsecus recollecti, & Deo tota- liter vniti sint: quia tunc primum eis reuelantur internæ, familiares, occultæ, amabilis-vitæ Dei, loquiturque Iesus in anima eorum: *Iam non dicam vos seruos, quia seruum nescit quid faciat dominus eum: sed dicam vos amicos, quia omnia quæcumque audiri à patre meo, nota feci vobis.* Igitur qui internâ vitam habere cupit, necesse est, ut eam

Ioan. 15.

Vita inter- feruenter desideret & petat à Deo , atque
na quomo- ad eam studiosè se applicet : quia Dominus
do acqui- noster gratiam suam & opem (sive ad ope-
ratur. ra exteriòra virtutum , sive ad intèriorem
 hominem & exercitia dilectionis) elargi-
 tur , secundùm quod vñusquisque ad hu-
 iusmodi se disposuerit , suamque diligen-
 tiā aut operam adhibuerit . Si ergo ho-
 mo internus , & illuminatus Dei amicus
 fieri vis , oportet vt cor tuum adeò purifi-
 ces , vt nihil citra Deum in eo quiescat : &
 omnia exteriòra opera & occupationes ,

quas dictante ratione vel obedientia per-
 ficies , absque multiplicitate & sollicitudi-
 ne cordis agere discas , cum eleuato intel-
 lectu atque affectu ad Deum : quia tametsi
 labor qui in silentio fit , valde laudetur : ta-
 mè multiplicitas , sollicitudo & distractio
 cordis reprobatur : quia infrigidant affe-
 ctum amoris , exponuntq; hominem mul-
 tis tentationibus & insidijs inimici , natu-
 ra & sensualitas potentiores fiunt , atque
 magis scipias querunt in oblectationibus ,
 in vanitatibus & voluptatibus , ex quibus
 intellectus obfuscatur , spiritus insensibilis
 efficitur , & omne spirituale exercitium in-
 sipidum .

Tentatio- Si igitur volueris vincere omnes tenta-
nem omnes tions diaboli , carnis & mundi , omnes fra-
vincendi gilitates ac imperfectiones tuipius , o-
modum. maeſque

NB

atque
omin
dope
iorem
elargi
ad hu
ligen
go ho
micus
purifi
rat: &
iones.
ia per
citudi
intel
umetsi
ur: ta
ractio
t affe
mul
natu
atque
ibus,
ibus
sibilis
am in
renta
es fra
s, o
sque

maesq; naturales passiones, labora omni tempore gestare internum & eleuatum animum & desiderium in Deum, semper magis sequendo internum amoris exercitium, quam exteriora operavirtutum. Nam distractiua occupatio cordis, etiam in litis sua consuetudine quandam superinducit animi distemperantiam, vel indispositionem & euagationem cordis, quæ amputari etiam orationis tempore nequeat: & etiam non sinit inferiores animæ vires peruenire ad aliquam quietam recollectiōnem sui. Ad istud autem nemo perfectè peruenire potest, nisi affectus suus liber sit ab omni re infra Deum existente, & adeò in Deum raptus, ut seipsum contemnere sciat in omnibus propter amorem Dei: quoniam purus amor facit spiritum purū, simplicem, & ab omnibus liberum, in tantum, ut sine labore semper se conuertere in Deum possit. Nam ubi amor, ibi est occultis memorie, & cordis affectus, ita ut tā patatum se inueniat ad suam trouersiōnem, quam ad extrouersionem.

*De omni cordis amaritudine tollenda, per amo
ris diuini dulcedinem.*

CAPUT VII.

*S*umptuosa est perfecta mortificatio
omnis amaritudinis cordis. Notandum,

K. 7

quod

Amaritu- quod amaritudines istæ cordis ex quintu-
dinis cor- plici origine procedunt. Primo ex præsum-
dis origo. ptione proprietū virtuosorū operum in
multa penitētia, aut exercitijs, & alijs ope-
ribus, quæ bona corā hominibus apparēt:
sed ex proprio, superbo, immortificato
corde prodeunt, & appellātur falsæ iustifi-
catiōes, scerentq; corā Deo: quia tales ho-
mines scipios in huiusmodi exaltant, mul-
tumq; proclives sunt ad aspernandū & iu-
dicandū alios corde, vel etiā verbis, dicen-
tes cum Pharisæo: *Non sum sicut ceteri ho-*
minum, raptore, iniusti, adulteri: velut
etiam hic publicanus. Nec aliqui homines
periculosius istis stant, quia de proprijs
virtutibus peiores sunt, & faciles sunt ad
alijs indignandum, male de eis suspican-
dum, falso iudicandum, quemadmodum
beatus Gregorius dicit: *Vera iustitia com-*
pationem habet, falsa verò indignationem
erga homines fragiles & peccatores. Et istud
est signum amaricatæ, elatae & inquietæ
conscientiæ, quia sanctus Ioannes Chry-
stostomus dicit: *Qui seuerè discutit aliena,*
id est, aliorum defectū, nunquam proprie-
ram reatum veniam merebitur, quamdiu
scilicet se de hoc non emendauerit. Si autem i-
stud in consuetudinem duxerit, vix est
spes habenda quod se emendabit. Se-
cundo, amaritudo ista venit ex sui ipsius
accedio.

Luc. 18.

DE MORTIFICAT. 237

acediosa immortificatione. Et hæc amaritudo maximè habetur contra prælatos siue superiores regentes, dum nolunt talium (scilicet immortificatorum & amaricatorum hominum) desiderijs acquiescere, sed magis ipsos exercitant in his, quæ contraria sunt eorum desiderijs. Nam tunc murmurare atque susurrare incipiūt contra superiores suos, & alios etiam ad indignationem superiorum suorum trahere desiderant. Hinc certo certius scias, nihil homini damnabilius esse coram D^eo murmuratione, præsertim contra prælatos & superiores. *Quia*, vt sanctus Augustinus ait, *in nullo populus Israel in veteri testamento Deum instantum offendit, sicut quod murmurauerunt aduersus Deum, hoc est, aduersus superiores quos Deus ordinauerat, videlicet Moysen & Aaron, quem admodum Moyses dicit in Exodo: Nec confranos est murmur vestrum, sed contra dominum.* De huiusmodi hominibus etiam vix spes est quod proficient in virtuti bus: quia murmuratio est vnica filia dæmonis infernalis, cui cūcta pascere monasteria commisit, quam isti sibi despontant. O maledictum peccatum, o odibilis bestia. Nā omnia bona tu deuoras. Tu prænuncia es æternæ damnationis. Tu somētum es ignis infernalis. Tu pauperem animam

Exod. 16.

Murmur.

ratio filia

inferni.

Nu. 16.

mam non deiformem sed dæmoniformē
efficis. Ob tuam odibilitatem Dathan &
Abiron cum sua progenie oportuit viue-
tes descendere in infernum in corporibus
simul & animabus . Propter te Chore
cum ducētis quinquaginta viris* inferna-
li igne comburebantur & occidebantur,
ac corpore simul & anima ad inferna de-
ducebantur. Tertiō, amaritudo ista oritur
ex inuidia, quam aduersus alios habet pro-
pter aliqua sibi facta in verbis, factis, si-
gnis vel gestib⁹. Isti grauiter excedūt Deū-
que offendūt valde, omnia in peius inter-
pretando & iudicādo, quamquā in se ma-
la non sint : & hoc ipsum prouenit ex eo
quod optāt in alio reperire, quod possint
vituperare vel diffamare, aut quo alteri
nocumentum inferre valcāt. Et istud val-
de cauendum est, quia ex odio atque inui-
diæ fundo procedit. Quartō, amaritudo
ista oritur ex desiderio propriæ compla-
centiæ, quia scilicet volunt videri, amari,
laudari, pro deuotis haberī à suis superio-
ribus, & ab his cum quibus conuersantur,
vel etiam à secularibus . Quando ergo vi-
dent quod alias melius se habet, emenda-
re que nouit, plusque amatur, exaltatur vel
laudatur, quam ipsi Protinus ob hoc inui-
dēt illi, nitunturque ipsum minorare, &
auferre famam eius per detractiones , &
similia.

* Alias
œlesti.

Quin-

Quintò, amaritudo hæc oritur ex propria peruersitate & malitia: & hoc duobus modis: Primo, ex mala, in quieta & amaricata conscientia, in qua ad eò redditur talis fastidiosus, ut omnibus cū quibus converatur, sit oneri, & efficitur vas omnibus plenum peccatis. Et quia in seipso iniquus est, eiusdem oculis cæteros intuetur, ac impius cuncta interpretatur, instat basilisci, qui omnibus hominibus quos videre potest, venenū infundit & necat. Nā tales de alijs non norūt aliter iudicare, quā quales ipsimet sunt. Secundo sciendum est, quod *Intuidentes* istiusmodi homines ex quò ipsimet ad eò *tia diuina* iniqui & immortificati manent, inuident, *gratiae*. quod diuina gratia tantas virtutes in alijs operatur, & vellent quod' alios d'uotos, humiles & virtuosos homines inde retrahere possent in eandē, in qua ipsi sunt iniqutatē. Et quia id agere nequeunt, ideò derident iplos, & persecuuntur verbis, ope *Peroratio*, vel corde, peccantq; in spiritū sanctū. *tio.*

Omnis has amaritudines oportet tam perfectè vinci ac consumiri in suavitate diuini amoris (si aliquem virtutum profectū habituri sumus) vt nostros etiam inimicos ac persecutores amplectamur in corde tam pleno amoris affectu, ac si essent meliores amici quos habere possemus; prout etiā reuera sunt secundū opera, liceat

nō secundum suū aff. etiū. Quia qui nos
persequuntur, ad sublimius meritum nos
perducunt, & ad altiorem gloriæ coronā.

CAPUT VIII.

*De omni vana gloria & superbia calcanda, de-
que desiderio contemptus sui.*

Octaua est perfecta mortificatio affec-
tuum vanæ gloriæ & propriæ com-
placentiæ, honoris seculi atque su-
perbiæ, in perfecta cognitione & deside-
rio omnis contemptus. In his verbis duo
sunt principaliter prosequenda. Primū est,
quod oportet omni vanæ gloriæ, & com-
placentiæ, quam aliquis in seipso habere
potest de aliquo virtuoso opere, aut gratia
Dei seu dono, totaliter mori in perfecta
agnitione suæ abyssalis vilitatis. Quia ni-
hil tam nocuum homini spirituali, nec a-
liquid Deo plus displicet, quam vana glo-
ria, & propria complacentia. Hinc legi-
mus de sancta quadam virgine nomine
Clara, quod propter exiguum tentationē
vanæ gloriæ, subtractus ei à Deo fuerit
annis quindecim influxus diuinæ dulcedi-
nis ac spiritualis illuminationis: nec prius
potuerit redire ad ipsum influxum, etiam
cū multis lacrymis, multo labore, & mul-
tis precibus. Nec hoc mirum videri debet,
cum hoc solo fideles servi ab infidelibus

Gloria
vana-
bil Deo o-
dibilium.

sece-

feceruntur. Quia sicut seruus iustus po- *Seruitu-*
test iejunare, vigilare, orare, eleemosynam *tis discit;*
facere, & alia opera virtuosa perficere in *tio.*

veritate: ita potest & infidelis secundū ex-
teriorē apparētiā: hoc solo excepto, quod
non potest domino suo esse fidelis, vt sci-
licet propter eum duntaxat hæc agat, &
eius gratiæ tantummodo ascribat: quia
sibi ipsi ascribit ac cum oblectatione in his
gloriatur, exaltando se & magnum repu-
tando, ubi tamē se deberet humiliare: alias
gratia se reddit indignum: eaque abutitur
ad suam damnationem potius, quam ad
salutē. Igitur satagere debet, & recogno-
scere sine fictione omni gratia se indi-
gnum, & peccatorum præ cunctis viuenti-
bus viliorem. Et adhoc perueniendū, tres
oculi considerationis haberi debent. Pri-
mus considerabit multitudinem, turpu-
dinem & magnitudinem suorum pecca-
torum, ingentem etiam ingritudinem
de diuina gratia, quam accepit (in auxiliū
virtutum, & auersionem à peccatis) dona-
tam sibi à Deo. Secūdus oculus cōsiderabit
quod à multis peccatis preservatus sit sola
diuina gratia, & nō sua resistētia: & quod à
Deo subtractæ sibi fuerint occasionses &
tentationes magnorū peccatorū, in quibus
præ omnibus alijs grauius cecidisset. Si
ipsum diuina gratia (sicut alios plurimos)
derelik-

*Oculus
humilita-*
tis vera
triplex.

dereliquerisset. Tertius oculos considerabit diuinæ gratiæ profluam largitatem, quam sine meritis suis accepit: & quod maximus in mundo peccator si receperisset gratiam tamē, deo gratiæ existaret, meliusque, ipsam custodiret, & fidelius exerceret in opus, quam ipse. Etiā licet alius quilibet hodie maximus peccator existat, eratino die conuerti poterit, & viuere sanctissime, sicut Paulus, Magdalena, & ceteri. Ex istis punctis peruenire poterit per gratiam Dei ad cognoscendum veracitatem (quantum in eo est) se maiorem totius mundi peccatores: quia si bonus est, hoc est sola gratia Dei. Et sic poterit Deo gratius fieri ex una parte, & humiliare seipsum ex altera.

Laudes humanae.

Secundum est, quod omni inordinatio affectui humanæ laudis, honoris, fauoris, & complacentiæ, quis perfidè moriatur, desiderando ab omnibus contemni, illudi, confundi, abijci. O quam parum haec virtutes queruntur ac desiderantur, & multò minus acquiruntur. Nam etiā reperiuntur, qui non concupiscant honorari vel alijs placere: attamen valde pauci sunt qui ex fundo cordis desiderent despici, confundi, illudi, & abijci. Et si appareat eis sepe quod seipso contemnunt ex fundo cordis, & desiderant contemni, tamen quamdiu hoc

scil.

sensibiliter experti non fuerint, puta improuisè magnam despectionem & confusionē accipiendo, & in primo ictu oculi illas recipiendo pleno affectu sine cordis *Despectio
sui.* retractione, tamdiu sibi ipsis in hoc non confidant. Quia si dixeris, quod talis tibi confusio & despectio non acciderit, ego tibi respondeo, quod te Deus neendum satis fortem & mortificatum ad hoc cognoscit. Nam ad nihil est Deus parator, quam ad mittendū verè mortificato cor di omnem confusionem, despectionem, & exteriorem aduersitatem: quia nouit summa in hoc consistere merita, ad quae suos charissimos amicos perducere cupit. Hoc Iesus in semetipso ostendit, quando mortem turpissimam suscepit, & in virginēa matre sua stante sub cruce, in sancto Ioanne Baptista, & in omnibus dilectis apostolis suis.

Notandum tamen hic est, quod nemo propter desiderium despectionis alteri debet dare occasionem probabilem se cōfundendi, ne sibi occasio fiat mortalium peccatorum. Sed si confusio aliqua vel despectio sibi præter sua demerita superuenerit, illā amore Dei pleno corde & affectu suscipere debet: quia hæc est via cōpendiosior ad magna merita, & vitam æternam.

De

CAPUT IX.

De mortificatione omnis inordinate internæ dulcedinis curiositatisque intellectus.

Nona est perfecta mortificatio omnium affectuum erga oblationes internas spirituales vel sensuales. Notandum quod per sensuales internas oblationes hic intelliguntur omnes sensibles gratiae, deuotio, dilectio, & intentæ dulcedines, quæ recipiuntur, & quibus fruimur in inferioribus viribus animæ ita quod natura & sensualitas hominis participes efficiantur. Ita etiam interdum accipiunt in peccatis mortalibus existentes & permanentes: sed communiter illi suscipiunt, quos à mundo & à peccatis Deus vult retrahere. Modo sunt nonnulli, quorum omnis labor & oratio ad Deum est ad habendam sensibilem istam gratiam, deuotionem atque dulcedinem & quamdiu illam non habuerint, non libet eis aliquid boni operari: videturque eis nullius esse valoris quicquid agunt: & hoc ideo, quia putant sensibilem deuotionem & amorem esse veram charitatem Dei: in quo multū errant. Nam solum est donum Dei, adiumento existens homini ad melius se ipsum mortificandum & terrahendum ab omni creatura & seculari lætitia, ac se totaliter

*Deuotio
sensibilis
ad quidde
tur homi
ni.*

resili-

resignandū in beneplacitā Dci voluntatē.
 Affectantibus ergo talia, ut sibi ipsis eo
 melius in omnibus moriantur ac studio-
 sius diuino amoris mancipari possint,
 licetum est istā tensionē gratiæ, deuotionis
 atque dulcedinis querere, & à D. operere.
 Sed qui ipsa querunt, affectant & perunt
 quia delectabilis est, & quiescere in ea vo-
 lunt ad fourendam oblationem suam,
 grauiter contra Deum delinquent : Et
 quamuis propter hoc mundanam & car-
 nalem delectationem relinquāt, hoc tamē
 non est alicuius valoris: quia internæ dele-
 cationes externas cū ñtas exuperant, ita ut
 externis pro internis libēter velint carere,
 vbi autem internæ ipsis subtractæ fuerint,
 tursum ad externas se conuertunt, quia si-
 ne delectatione esse nolunt. Consequēter *cur ne-*
 scire debes, quod nemo sibi ipsi videri de-*mo sibi ait*
 bet esse alicuius sanitatis, ex eo quod mul-*roget san-*
 tū habeat sensualis amoris, deuotionis & *titatem.*
 suavitatis, ac saepius sibi gratia affluat: nā
 communiter huiusmodi nobis propter infirmitatē nostrā & immortificationē cue-
 niunt, vi poter qui alias Deum diligenter
 nō quereremus nec seruiremus ei, neque
 nosipsostraliter a seculo abstraheremus.
 Et istud ex hoc notari potest, quia in ini-
 cō conversionis suæ sentit homo cōmu-
 nitez

Instabilitas naturae.

niter magis huiusmodi deuotionem. Etiam frequenter sunt innati appetitus naturæ: quia usque ad annum quadragesimum est natura multum instabilis, inclinabilis & affectuosa, querens in suo exercitio solatium interni saporis & oblationis, ita quod exercitia quæ multi pro magnis & sanctis reputant, ex naturali affectione & dilectione veniat duntaxat: quemadmodum intuemur quotidie, quod multum occupans se cum alio homine naturali in tantum amore inflammatur, ut sibi videatur cor suum rumpendum. Similiter isti frequenter nudam naturalem affectionem fouerunt, ubi se putant magnō diuino amore inflammatos. Quantum vero sibi ipsi mori discunt in duodecim mortificationibus istis, quas prosequor, tantum de diuino amore & vera sanctitate habent, & non plus. Et scire debes pro generali regula, quod omnia quæ à Deo querere & desiderare possumus, quæ non ordinantur ad nudam mortificationem & relictionem sui propter amorem Dei, permixta sunt cum natura & propria questione. Et in isto potes notare, quam citò natura se ipsam querat, etiam in illis quæ multum diuina esse videntur. Et licet diligenter ab una parte propellatur & contemnatur, nihilomin' occulte reuertitur ex alia

Canon.

DE MORTIFICAT. 245

alia parte quærens scipsum, ita ut hoc perpendere vel deprehendere non valeamus,
& idcirco etiam pauci sunt, qui scipios ve-
rè cognoscant, perfectè deuincent.

Secundo, per internas spirituales ob- *Curiositas*
lectationes intelliguntur delectationes, intelle-
quas quis in viribus intellectualibus reci- *ctus.*
pit, videlicet in visionibus, imaginibus,
formis & similitudinibus, vel in superemi-
nenter Deum contemplando & cogno-
scendo. Hic ergo notandum est quod qui-
dam scipios dumtaxat exercitant in virib⁹
intellectualibus, & non affectuīs: neque
finis eorum est, ut ex hoc ardenti amore
succedantur, sed ut notitiam habeant cu-
riosam, quounque modo sciendi fiat; pu-
ta quomodo Christus est cōceptus, natus,
crucifixus: quomodo resurrexit, ascendit:
& de omnibus ordinibus & gaudijs æter-
næ vitæ, & de distinctione sanctæ Trinita-
tis & similibus: in quibus internas spiri-
tuales suas oblectationes constituūt, quas
vocant contemplationes, putantes hoc
modo se ducere vitam contemplatiuam.
Sed isti multum valde aberrant a vera vita
contemplatiua, quam propriè fundati o-
portet in ardenti abyssali amore Dei, in Contem-
platione quo vñusquisque cum suo amore & affe-
ctu desiderare debet, vñiri & absorberi, vt fundamē-
tum quod in illo omnis dissimilitudo Dei subincen-

L

datur

datur in perfecta sui ipsius mortificatio-
ne. Nam istiusmodi homines indagare ce-
piunt, & etiā à Deo adipisci multorum se-
cretorum notitiam, puta nūc naturali in-
genio comprehendere, nunc verò à Deo
notitiam aliquam inde recipere in exteri-
oribus sensibus vel in interioribus vir-
ibus animæ, siue siat inferiores, siue su-
periores. Exempli gratia: Afflant oculi
in exterioribus videre angelos, æternam
vitam, infantulum in sacramento & simili-
lia, vel cantantes angelos audire, aut
externam in sacramento dulcedinem sen-
tire, & similia in omnibus sensibus. Et idē
optant intrinsecus in omni notitia, qua
recipi potest in visionibus, in imaginibus,
in formis, in similitudinibus, in spirituali
intelligentia, & in supereminenti agnitione
Dei. Ista autem in his suas affectiones
& oblectationes constituentes, multum
gratis laborant, atque in periculo sunt
statu deceptionis. Nam frequenter inimi-
cus quando hoc notat, permittente Dō,
ipso decipit multipli apparitione tam
exterius in sensibus, quam etiam interius;
aut etiā in somno. Ipsi vero cum desiderio
& oblectatione hæc suscipiunt, cū proprie-
tate possident, gloriantur; in huiusmodi
& se exaltant, magna de scipis sentiunt,
sibi sapientes fiunt, in suo sensu obstinati.

Zaques
diaboli.

DE MORTIFICAT.

243

efficiuntur, & dæmonis filij. Idcirco, qui
securè & fiuctuosè se exercitare vult, o-
mnia sua exercitia ordinare debet ad val-
de in se excitandū amorē Dei, & nō ad ob-
tinendā altā notitiā eorum quæ sibi necc-
saria non sunt. Et si aliquid cognitionem
à Deo acceperit, tamen non debet in ea re-
quiescere, vel nimirū credulus esse, nisi prius
studuerit sapienter & humiliter super hoc
consulere illos, qui discretionem omnium
spirituum habent. In illo verò dūtaxat re- *Quies.*
quiescere debet, quod propter amorē Dei
se semper paratum inueniat ad standum in
omni relictione.

*Exercitiū
tutum.*

CAP V T X.

*De scrupulis conscientiæ nimis rescidendis,
& de origine scrupulositatum.*

Decima est perfecta mortificatio o-
mnis scrupulositatis cordis cū perfe-
cta confidentia in Deū. Hic sciendū
est, quod sunt aliqui, qui conscientiam
suam quietare non valent amara cōtritio-
ne, sæpe confitendo, aut magnam pœnitē-
tiā faciendo, quin sc̄m per permanēt in
tremebunda anxietate & timore, ac corde
inquieti, sine vera spe & confidentia in
Deo. Et quantumlibet magnum conscienc-
iæ scrupulum habeant, & quālibet sæpe
conficeantur, tamen non fideliter labo rāt

L 2

emerg.

emendare defectus, de quibus conscientiae
temor sum habeant & anxiantur. Et istud
est signum, scrupulositatem hanc non ex a-
mone iustitiae, sed ex timore diuinæ vin-
dictæ descendere.

Facit etiam ista conscientiae scrupulositas
sæpe aliqua esse peccata, quæ inseipsis pec-
cata non sunt: venitque ex duplice origine.
*Scrupulo-
ritatis ori-
go.* Prima est inordinatus amor sui ipsius, quia
ex illo venit inordinatus timor, scilicet
quod aliquis nimium formidat, quicquid
naturæ contrarium est. Et ergo licet appa-
reat exterius istos seruare præcepta Dei
& sanctæ Ecclesiæ, tamē præceptum cha-
ritatis non custodiunt: quia quicquid a-
gut, non ex charitate, sed timore & coactio-
ne, ne damnentur, perficiunt: ac per hoc
non ex amore Dei, sed suorum id faci-
unt. Ea propter in Deo confidere neque-
unt, quia Deo fideles non sunt: sed tota
vita eorum interior paucor est & formido,
labor & miseria. Et quicquid agunt in orā-
do, in laborando, in poenitentijs, in operi-
bus misericordiæ, totum faciunt ad expel-
lendum istum timorem, sed nihil eos hæc
iuuare posunt. Nam quanto amplius se di-
ligunt, tanto mortem, iudicium ac penas
inferni magis metuunt. Notari ex isto po-
test, inordinatum timorem venire ex amore
sui ipsius, quo nunquamque appetit esse
beatum

*Timor in-
ordinatus
vnde.*

beatus, quamvis ei qui cum beatum facere potest, sit infidelis. Alia origo scrupulositatis est ex hoc, quod amor eorum ad Deum modicus est: quia parvus amor parvam causat confidentiam. Et solus amor Dei perducit hominem ad veram spem & confidentiam diuinæ misericordiæ, bonitatis, liberalitatis & gratiæ: quam confidentiam nulla virtus, quantumcunque magna appareat, nec illa pœnitentia sine amore Dei potest dare. Nihil autem tam necessarium est volenti ad vitam perfectam peruenire, sicut magna spes & confidentia in Dœo. O sancta spes, o beata in Dœo confidentia, dummodo non pertrahat aliquem ad incuriam & acediam sua emendationis, sed magis excitet ad dignioriem gratitudinem, & ad diligentiam acquirendi perfectius diuinam gratiam & charitatem, atque ad omnem virtutum perfectionem, ad abiendi omne quod sensualé est, & ad prosequendum quicquid ad sui ipsius mortificationem deseruit, ad sufferendam quoque hilariter omnem adversitatem: tunc huiusmodi spes sibi valde necessaria est & salutifera. Nam quanto plus sperat, tanto magis gratus est,

*Confiden-
tia in De-
um.*

scipsumque amplius emendat.

CAPUT XI.

De impossibilitate in aduersis habenda, & de tribulationum vilitate.

VNdecima est perfecta mortificatio omnis inquietudinis & impatientia cordis in omni exteriori aduersitate, siue sit diffamia, derisio, detractio cum mendacio, aut damnum rerum temporalium, amicorum & affinum, siue alia qualiscumque persecutio, quae alicui permissione diuina accedere potest. Hic scire debes, quod illi qui se ad suijpsius mortificationem dare voluat, saepe a domino nostro multifariè tribulatione exteriori probantur, an perseverare valeant in suo bono proposito, quemadmodum angelus dixit

Tobi. 12. ad Tobiam: Quia accepisti eras Deo, necesse

Iob. 1. e. 2. fuit ut tentatio aduersitatis (exterior) probaret te. In hunc modum etiam Iob pro-

batur, qui similem sibi non habebat in terra. Nam cum omnia sibi ablata, vxorque sua & amici illi fuissent contrarij, nec non & ab hoste percutitus fuisset a planta pedis usque ad verticem, nihilominus permansit quietus & patiens corde, neque peccauit labijs suis, sed dixit: Domini

Matt. 26. dedit, dominus abstulit: sicut dominus benedictum. Similiter Christus Iesus post o-

mucm

DE MORTIFICAT.

247

mnem persecutionem Iudeorū, in capti- Mare. 15.
 uando, in percutiendo, in illudēdo, in fal- Luc. 23.
 los testes producendo, in flagellando, in
 crucifigendo, quicq; corde & amoroſo af-
 fectu in cruce pendens, clamore valido &
 abundantibus lachrymis pro suis inimicis
 rogabat, dicens: *Pater ignosce illis, quia ne-*
ſciunt quid faciunt. Nec poterant illi tot po-
nas & contumelias inferre, quin affec-
teret multo plura pati propter amorem pa-
tri sui & omnium hominum salutem. O
 omnibus etiā quos dominus noster trah-
 re disponit ad supremum statum mérito-
 rum, multa vult toleranda transmittere. O
 si sciremus ex quanta charitate afflictione
 mittat dominus noster quocunque etiam
 modo veniat, multum eam affectuose pe-
 teremus & expectaremus, amoroſeq; fu-
 ciperemus. Nā afflictiones sunt dona cha-
 rissima, quę Deus secretis seu familiaribus Aduersi-
tas domi-
 amicis suis tribuit ad ornandas animas Dei.
 eorum, & perducendas ad veram Dei si-
 militudinem. Quia nunquam tam subtilis
 imaginum sculptor extirrit, qui tanta dili-
 gentia ac sollicitudine lineamenta imagi-
 nis ad exemplaris (secundum quod eam
 formabat) perfectionem trahere elabo-
 rauerit, quemadmodum Deus omnipo-
 tens ab æterno sua sapientia immensa pre-
 uidit atq; præordinavit de secretis amicis

248 HENR. HARPHII

suis, quomodo medianibus huiusmodi afflictionibus ipsos perduceret ad perfectissimam similitudinem Christi Iesu. Propterea dicit Augu. super Psalterium : Cum ceperit homo Christianus cogitare & disponere ut perfectè proficiat in virtutibus & suis ipsius mortificatione, statim incipit pati luxuras aduersantium. Quicunque illas nondum passus est, nondum proficit. Quicunque illas patitur, necdum conatur proficere. Notandum est autem tres esse patientiae gradus. Insimus horum est, compescere seipsum à vindicta inferenda manibus vel desideranda corde, qui gradus valde imperfectus est, quia saep ibi remanet cor amaricatum: de quo consurgunt murmuraciones, suffrurations, detractiones, inuidiae, suspiciones malæ, & similia. Ista sunt signa immortificati cordis arque inordinati amoris ad seipsum: quia omnis inordinata anxietas, tristitia, & inquietudo, ex ordinato oritur amore. Propterea dicit Gregor. Qui equanimiter aliena mala & persecutionem non tolerat, ipse sibi per impatienciam testis est, quia à boni plenitudine, id est virtutum & gratiarum perfectione longè distat. Medius gradus est, cum aliquis nō solum manus & desideria à vindicta cohibet, verum etiam cor suum purificat & mundat ab omni amaritudine & inuidia.

Et quam-

Et
me
dig
in d
tiæ
sua
mn
do
me
aff
doi
psa
sibi
sus
cen
(scil
Et i
abu
qua
Per
tum
tur e
nam
qua
di ac
tanç
lix a
nali
De l

Et quamvis desideranter non pariatur, tamen tolerat humiliter recognoscendo se dignum illud (imò etiam multo plura) pati. & paulatim percipiens veritatem gratiae, quæ per hoc acquiritur, voluntatem suam parat ad patienter suffraymentam omnem futuram aduersitatem: & hoc modo incipit sibi ipsa tolerantia fieri valde meritaria. Supremus gradus est patientia affectionis, quæ ut conformis efficiatur dominicæ passioni, & omnibus quæ in ipsa contigerunt, omne contrarium quod sibi obuiare potest, cum magno desiderio suscipit, & plura semper pati desiderat, diendo cum David: *Improperium expectauit Psal. c. 8.*
(scilicet cum desiderio) cor meum & miseriam.

Et istiusmodi homines sentiunt magnam abundantiam amoris Dei & dulcedinis, quæ ex ipsa tolerantia exprimitur, fluens per omnes vires animæ, per quam in tantum inebriantur in Deo, ut nullum videantur exterritum cō uitium, dānum vel pœnam sentire. Nam omnem persecutionem, quā patiūtur, reputat pro adjutorio venīdī ad dilectum; & oēs persecutores diligūt tantq; veros adiutores ad vitā æternā. O felix anima, quæ ad istud peruenit, quia eterinaliter in brachijs Iesu Christi requiescit.
De perfecta propriæ voluntatis abnegatione,
atque de obedientiæ gradib;.

CAPUT XII.

Dodecima est perfecta mortificatio
omnis propriæ voluntatis in totali vo-
luntariaque resignatione, ad omnem
internam derelictionem sufficiendam pro-
pter amorem Dei. Notandum quod nobis
lissimum eorum quæ Deus homini contu-
lit, est liberum arbitrium, per quod solum
peccata committit, aut virtutes perficit. Es-
ideo nihil homini tam nocuum est, quam
perfici sua vitiata propria voluntate. Nâ
ipsa est quasi fundamentum, super quod o-
mnis inordinatio peccatorum congregar-
tur & quiescit; sed si cuenterimus hoc fun-
damentum, corruent omnes muri Iericho
id est, omnis vitiæ affectionis. Atta-
men istud non sic intelligas; quasi necessa-
rium sit homini obedientiam vouere, ut
ad perfectionem valeat peruenire: sed si
cū supra dictum est de voluntaria pau-
pertate, sic etiam h̄c dico, quia illis ne-
cessarium est sub obedientia stare, qui ex-
ercitari ab alijs indigent, ut ad perfectionē
perueniant, cō quod scipios non bene va-
leant vincere, & mori propter modicum
amorem Dei & tractum, quem in se de-
bilem adhuc sentiunt, & magnum tra-
ctū immortificationis & irresignationis,
quæ adhuc habent. Itaque quādo huius-
modi

Liberi ar-
bitrij no-
bilitas.

Voluntas
propria.

Tosue 6.

Obedien-
tia quibus
necessa-
ria.

DE MORTIFICAT. 253

cemodi homo bonæ voluntatis est, necesse est, ut ad obedientiam se obliget, ut cæteris quoque temporibus dum iterum rebellionem & immortificationem naturæ suæ senserit, ab alijs compellatur seipsum relinquare. Sed qui perfecti sunt, aut si adhuc perfecti non sunt, tamen spiritu Dei & gratia eius atque amore sic aguntur, ut oporteat eos totaliter mori voluntati propriae, tamque relinquare, & se qui ab intra tractum ac placitissimam Dei voluntatem: istis non est necessarium subobedientia stare & regi, quia sub diuina obedientia stant ad semetipsos relinquentur, & voluntatem domini secundum omnem eorum nosse in omnibus sequendum. Veruntamen necessarium est eis (scilicet perfectis prædictis) habere præptam voluntatem standi sub obedientia aliorum, si scirent Deo id magis placere. Propter ea qui extra religionis statum remanet, non propter libertatem naturæ & sensualitatis, sed solummodo ob resistendam libertatem spiritus ad die noctuque propinquius trahi usque colurgendum se Deo in omnibus exercitijs spiritualibus, in hoc laudandus est, & non vituperandus: sed oportet ipsum diligenter eauere, ne abutatur libertate sua, sed Dei obedientiam assumat in omnibus modis, ut iā prosequar.

Obedien-
tia voti.

Obedien-
tia cōfor-
mitatis.

Tres itaque sunt obedientiae gradus. Primus est obedientia voti, quod factum est in professione. Sed multi inueniuntur, qui quamvis operibus ab extra votum obedientiae implent, tamen ostendunt multis signis se ad hoc inuolutarios: nec superioris voluntatem perficere cupiunt, sed ut superior iuxta voluntatem eorum iubeat, exoptant: alioqui rebelles sunt, & murmurant atque se excusant. Et istis esset multo melius obedientiam non voulisse, eo quod votum ipsis laqueus damnationis factum sit: quia Bernardus dicit, quod qui occulte vel aperte satagit, ut quod ipse vult, hoc ei prelatus iniungat, ipse se seducit. & fruſtr: sibi blanditur de obedientia praelatorum. Non enim in ea re ipse praelato, sed magis ei praelatus obedit. Secundus gradus est obedientiae conformitas, cum quis non tantum operibus foris obedit, sed etiam voluntatem suam perfecte sui superioris voluntati conformata, in nullo se inuoluntarium ostendendo vel excusando, vel querulando sibi esse nimis graue vel diuina factu, etiam si quandoque appareat contrarium esse sensibus & naturae. Istos tamen oportet diligenter aduertere, quod obedientia talis, licet in operibus perfecta sit, in intentione tamen frequenter imperfecta est, ut cum ex timore obediant, ne

repiet

DE MORTIFICAT. 253

reprehendantur, confundantur, non amē-
tur, vel ne indignationem superiorum in-
currant. Aut ē contra obediunt, vt supe-
rioribus placeant, ab ipsis caripendantur,
laudentur, exaltentur, vel amētur, ita quod
purē Deus solus finis eorum non est, sed
quiddam humanum in illo querunt; de
quibus Deus locutus est: *Amen dico vobis,*
recepereunt mercedem suam. Et ob hoc sata-
git inimicus intentionem deprauare, dum
opus bonū non potest impedire, vt ipsum
per intentionem malam valeat possidere,
quia dicit Gregorius: *si autem semel cor in-*
ordinatione prauæ intentionis inficitur, sequen-
tis operis medieias & terminus ab hoste calli-
dosecurè possidetur. Quoniam totam sibi
arborēm fructus ferre conspicit, quam ve-
nenti dente in radice prauæ intentionis
vitiauit. Igitur omnia obedientiæ opera
quisque ad hoc perficere solummodo de-
bet ut perueniat ad maiorem misericordiam,
complacentiam, gratiam, & fami-
liarem vel secretam dilectionem Dei. Et
cum totum possē suum fecerit, nihilomi-
nus semper debet velle contemni & abi-
ci à suis superioribus, & omnibus cū qui-
bus conuersatur: quia hoc est signum ve-
rāx, quod propter Deum duntaxat omnia
agat.

Matt. 7.8

Obedientiæ
opera
quatenus
exercen-
da.

Tertius gradus est obedientia unioris,

L. 7. hoc.

Obedientia hoc est: Ut aliquis non solum obediens exi-
unionis. stat opere & voluntate, verum etiam omnis
 modus & causa voluntatis suę vnitus sit vo-
 luntati praeципientis aut desiderantis. Ista
 obedientia propriè duntaxat ad Deum est,
 quia hæc illi à charioribus, familiariori-
 bus seu secretioribus amicis suis exhibe-
 tur: quorum voluntas tam perfectè re-
 signatur & vnitur voluntati Dei in o-
 mnibus modis, vt vna voluntas sit facta, ita
 quod quicquid circa eos Deus fieri per-
 mittit, totum ex ordinatione abyssalis a-
 moris & misericordia Dei prouenire faté-
 tur, & summo affectu suscipiunt, qua-
 tamcunque etiam cōfusium, damnosum,
 tædiosum vel pœnatum sit. Notandum est
 tamen, in hac resignatione voluntatis ac
 relictione, multos esse gradus: quia re-
 periuntur qui parati sunt suscipere quic-
 quid circa eos Deus forinsecus fieri per-
 mitterit, dummodo interna gratia, sensibili
 li amore, & spiritu dulcedine sui eos per-
 mittat, quo sola iō interno facile omnem
 suffere possunt aduersitatem. Iste adhuc
 sunt infirmi milites in amore Dei. Breui-
 tatis gratia cæteris gradibus omisis, scias
 quod supremus gradus resignationis vo-
 luntatis in placitissimam voluntatem Dei,
 est quod voluntatis libertas perfectè mo-
 riatur propter amorem Dei omni proprio
 affilio-

**Resigna-
 tionis
 gradus.**

affectionis sentimento, & tam cito & perfectè diuinam voluntatem sequatur in o-
 mni bus, quæ sibi euenire possunt in tem-
 pore vel in æternitate, quemadmodū um-
 bra sequitur mediū vnde causatur. Et ista
 est summa libertas rationalis creaturæ, di- *Libertatis*
 uina voluntate perfrui duntaxat: quia per *suprema*
 ipsam est homo æternus & immutabilis *rationalis*
 factus in omni quod circa Deum con- *creaturæ.*
 tingere potest, etiam si solus omnes infer-
 ni cruciatus ferre deberet, parat⁹ esset pro-
 pter amorem Dei sine omni cordis retrac-
 tione. Insuper, per multiplices amoros-
 las affectiones in Deum, inuenit se parat⁹
 nedum ad suscipiendum à Deo tam hilari-
 ter omnem internā derelictionem aut sub-
 tractiōnem sensib⁹ gratiæ, deuotionis, a-
 moris, atque dulcedinis, sicut ad suscipiē-
 dum omnem affluentiam eorundem do-
 norum Dei, vt eius placitissimæ volun-
 tati vnitus esse possit: verum etiam tam ve-
 hementer accensus est ardore essentialis
 diuini amoris, quod ex intimo cordis sui
 exoptat stare toto tempore vitæ suæ sine
 omni sensibili amore & gratia, cum solo
 nudo essentiali amore in omni internā de-
 relictione & cordis angustia sibi euenire
 possibilibus, nō affectando quamcunque
 internam consolationem de Deo, quamli-
 bet spiritualis existat: quia super omnia
 defi-

desiderat in derelictione Iesum imitari,
_{Matt. 26.} qui est status perfectissimus. Sic enim Ie-
_{Luc. 22.} sus dum maximam perfectionem opere
 adimplete debet, adeò derelictus erat ab
 illo tempore quo in horto orabat ante-
 quam caperetur, usque ad mortem suam,
 ab omni afflentia sensibilis amoris, gra-
 tie atque dulcedinis (stans duteat in nu-
 do essentiali amore) ac si non amicus, sed
 inimicus Dei fuisset: & hoc ideo, vt sua
 pena & opera maiora essent, & essentia-
 lis suus amor magis probatus. Nam istud
 est excellentissimum virtutis opus, quod
 in terris Christus ostendit, & quod possit
 aliquis homo imitari. Ea propter nimis
 sunt inconsiderati, qui se adeo inuolunta-
 rios actitudinosos exhibent & contrastantur
 valde, cum ipsis subtrahitur internus diui-
 nus influxus: quia latenter hoc propter
 Dei amorem sufficit, signum est puri a-
 moris, & est sola via, que ad veram perdu-
 cit perfectionem. O felix anima, qua
 hoc modo moritur sibi ipsi, o quam nu-
 da ab affectionibus efficitur peregrinis,
 quam quies corde, quam pura à peccatis,
 quam libera à poenis, quam aliena ab o-
 mni timore, ornata omni virtute, clarifica-
 ta in intellectu, eleuata in spiritu, unita
 Deo, & aeternaliter beatificata.

Hactenus de primo, qualiter scilicet fieri oporteat perfectam mortificationem omnium, quæ aliquod impedimentum possent praestare, quo minus Deo approximare, & cum eo vñiri possemus, di-
ctum sufficiat.

D. HENRICI HARPHII,
PIISSIMI E R V D I T I S S I-
M I Q V E T H E O L O G I D E
præparatione & ornatu vi-
tæ actiue.

C A P V T XIII.

De amoroſa anime ad Deum conuerſione.

S E cundum nunc prosequendum, est i-
nstructio quomodo acquirere valca-
mus perseverantem amorosam vni-
nem, absque ullo modo inter Deum & a-
nimæ nostræ vites. Licet autem hoc ex par-
te docuerimus in illis mortificationibus
quas supra diximus (nam quemadmodum
naturale est lapidi deorsum cadere, sic na-
turale est animæ mortificatæ & viuifica-
tæ per gratiam ab omnibus inordinatio-
nibus, & liberæ existenti sine medio in
Deum flueri & eleuari in ipsum: quia Deus
est naturalis locus animæ, ad quem creata
est ad æternaliter requiescendum & fru-
duum;

258 HENR. HARPHII

dum beatitudine) nihilominus necessarii
nobis est alia quoque agnoscere. Nam
quemadmodum oportet nos mori no-
bisip̄sīs, si in Deo viuere debem⁹ ita opor-
tet nos etiā paulatim discere in Deo viue-
re & requiescere per practicum effluxum
amoris Dei, qui nos Deo vniat , vt possi-
mus vere discere mori nobisip̄sīs, atque ita
oportet nos vnum adipisci cum altero. Et
quanto à vno plus profecerimus, tanto et-
iam in altero amplius proficiemus : quia
vnum sine altero veraciter & utiliter habe-
re non possumus. Nam duo sunt termini:
Vnus, est Deus, alter sumus nos , & volun-
tas nostra in medio stat. Si ergo se voluntas
per amorem ad Deum conuertit, per
amorem se à nobis auertit: & quanto amplius
se ad Deum conuertit, tanto plus à
nobis se auertit, adeo vt tandem se tam
perfectè ad Deum conuertat, vt etiam
totaliter se à nobis auertat per contem-
ptum perfectum nostri ipsorum . Et simili-
ter è contra , dum se voluntas per amo-
rem ad nosip̄sos conuertit , auertit se à
Deo , ita quod ipsa conuersio ad nos-
ip̄sos, tandem tam magna efficitur, vt D.ū
omnino cōtemnat . Sic ergo auersio ab o-
mni creatura & nobisip̄sīs, & conuersio ad
D.ū, in vna pariter actione complētur, li-
get nos voluerimus in duob⁹ pūctis profe-
qui
gitu
ex c
lati
Det
posi
ta si
orig
petr
hor
du
citi
cen
ves
inst
De
deli
pier
tate
bus
ace
Co
ti su
inte
tent
sint
sem
que
tos
der

qui, ut melius intelligeretur Prosequendo i-
gitur secundū, scīēdū quod Deus est origo Deus
ex qua omnia creata effluxerūt, sed singu-
lari modo rationalis creatura: ipse quoq;
Deus est propter quē omnia creata sunt, &
postremo etiam finis ad quē omnia crea-
ta sunt, scilicet ut revertantur in suam
originem, vnaquāque creatura ut sibi cō-
petit. Nam cæteræ creaturæ omnes ad
hominis indigentiam ordinatæ sunt, ut
diuersis modis sint in adminiculū & exer-
citum hominem convertendi ac perdu-
cendi ad Deum, puta ad corpus pascendū,
vestiendum, castigandū, vel ad hominē
instruendum varijs modis, & dandam de
Deo notitiam in ipsarum creatione, vi-
delicet de eius infinita magnitudine, sa-
pientia, pulchritudine, dulcedine, subtili-
tate, bonitate, & similibus innumerabili-
bus, in quibus natura & exteriores sensus,
ac etiam ratio interior exercitari possunt.
Consequenter sensus exteriores ordina-
ti sunt, ut seruant & subiecti sint vitibus
interioribus: similiter animæ vires & po-
tentiae inferiores, ut seruant & subiectæ
sint superioribus: superiores verò, ut
semper amoroſè in Deum fluant. Nam
quemadmodū solares radios semper vni-
tos soli esse oportet, atq; in sole iugiter pē-
dere inseparabiliter, si in esse permanere
debe-

Creaturæ
quare fa-
ctæ sunt.

Sensus
externi
potentia.

debeant: ita etiam nobilis anima essentia-
liter dependet in sua origine, hoc est, in
Deo. Propterea si peruenire debet ad sta-
tum perfectum, oportet eam discere simi-
liter in Deum fluere, & dependere in ipso
cum tribus suis potentiss per medium gra-
tiaz Dei & nostri amoris. Et istud est pro-
priè quod volo hic docere, quomodo ad
hoc peruenire possimus.

CAPUT XIII.

*De triplici vita hic tractanda, & quis ad vi-
tam contemplatiuam aptus.*

Gene. 29. **S**ciendum quod triplex est vita, scilicet
actiuia, per Liam designata, quæ lippos
habebat oculos: spiritualis contem-
Ibidem. platiua, in Rachele figurata, quæ pulchra erat
Luce 10. sed infœunda: & supereminens contem-
*Vita tri-
plex.* platiua, in Maria Magdalena signata, quæ
optimam partem elegerat. In qualibet
autem istatum trium, oportet nos facere
præparationem, ornatum, & profectum,
si eas perfectè possidere & Deo salubriter
*Vita acti-
ua.* offerte volumus. Primo oportet ut nos
præparemus ad vitam actiuam, si fideles
serui inueniri volumus, sicut vni dicitur in
Matt. 25. Euangeli: *Euge serue bone & fideliu, intra in*
*Serue
bonus.* *gaudium dominitui.* Sciendum quod ille dici-
tur bonus & seruus, qui eligit in omnibus
obedire præceptis Dei & sanctæ ecclesiæ.

EXCEP-

DE MORTIFICAT.

261

exercitare se in operibus bonis , sanctis
moribus,in virtutibus & exercitijs actiuæ
vitæ,in nullo seipsum quærendo , sed ho-
norem & voluntatem Dei dumtaxat , aut
proximorum emendationem & salutem:
& propter ista dicuntur huiusmodi homi-
nes,boni.Sed quia omnē suam perfectio-
nem in exercitijs actiuæ vitæ constituunt,
& dominus huiusmodi introrsum nō tra-
bit,sed foris stare permittit in exercitijs a-
ctiuæ vitæ,ideo adhuc serui Dei & non a-
mici appellantur . Nam familiares esse o-
portet & Dei secreta cognoscere , qui Dei
amici vocari debent,quemadmodum suis
apostolis dominus loquebatur: *Iam non di-
cam vos seruos,quia omnia quæcunque audiui
a patre meo,nota feci vobis.* Hic tamen sci-
dum est,quod Deus gratiam suam , opem
atque subsidium clargitur cuique secun-
dū quod seipsum præparauerit & exerce-
tauerit,sive ad exteriora exercitia actiuæ
vitæ in exterioribus virtutum operibus,
sive ad exercitium internum amoris. Et ad
istud multū facit conditio naturæ, tametsi
non sufficiat,quia graues,amari , aut me-
lancholici ex natura,seu etiam scrupulosi
vel inflati , valde difficulter ad internam
spiritualem vitam peruenire possunt. Et
qui læti,amorosi vel compassiui sunt, vel
compungibiles cordc,multas habent di-

Ioan. 15.

Vita in-
terna quid
nam a-
ptiores.
spou.

Vita in- spositiones ad internam contemplatiuum
terne qui vitam , si tamen discere voluerint moi-
nam opti. sibiipsis & obseruare gratiam Dei , atque
omnes res creatas totaliter contemnere:

quia nemo ad internum exercitium vera-
citer peruenire potest, n si prius cuncta de-
spexerit, etiam se ipsum , & ita totus Deo
cum omnibus viribus & affectibus fuerit
applicatus. Alioqui corde diuisus semper
permanet instabilis & inquietus : quia
in desideria frequenter extrahitur, & dis-
temperatus efficitur in passionibus natu-
ralibus, quæ adhuc in eo viuunt. Et idcirco
intrinsecus minime illuminatur, nec
quid si internum exercitium agnoscit, sed
in eo contentus est, quod scit & sentit se
Deum querere & intendere non sicut, vi-
denturque sibi externa exercitia esse mu-
to utiliora qualibet exercitatione interna.
Et quia magis exeret opera exteriora
propter Deum, quam colat eum interiori af-
fuxu dilectionis , propterea in corde eius
magis depicta sunt opera , quæ pro-
pter Deum perficit, quam ipse Deus pro-
pter quem agit.

CAPUT XV.

*De preparatione vita affixa per veram peni-
tentiam, atque de spe diuinæ misericordie.*

Nunc ergo ut se homo præparet ad ve-
ram felicem actuam vitam, quæ tan-
dem

DE MORTIFICAT. 263

dē ipsum ad contemplatiā perducere val-
eat, assumere sibi debet illū Psalterij versi
culū *Misericordia & veritas praecedent faciem* Psal. 83.
Vitæ affl-
tuam, beatus populus qui fecit iubilacionem. Duo uæ neces-
enim in actiua vita necesse est exercitari, *saria.*

vt ad contemplatiā perueniat: Pri-
mum est veritas, puta veram habere de
peccatis suis recognitionem, contritionē,
confessionem, non tantum in sacramen-
tali confessione, veūm etiam in suæ a-
mendationis initio ire debet quotidie in
sua exercitatione (cum abyssali humili-
tate, sui ipsius contemptu & voluntate
prompta ad omne bonum faciendum, &
malum dimittendum & tolerandum) ad
tribunal Dei, & recogitare confitendo illi
maiora peccata sua præterita cum con-
tritione & lachrymis ante ipsum magnis
gemitibus suam malitiam accusando, &
Dei bonitatem extollendo & laudando
cum deprecatione veniae. Et ad hoc ordi-
nare debet oratiunculas breves cum igni-
tis suspirijs, & desiderijs, quæ ipsum excita-
re valeant ad contritionem, amorem &
sensibilem deuotionem. Quia sicut lima
operator in ferro, & qualibet confri-
catione aliquid rubiginis aufert: ita
quodlibet affectuosum cordis suspitium
vel gemitus, aliquid absumit rubiginis pec-
catorū, & paulatim purgat animā, intelli-
gentias

*Suspitia
amoris &
contrito-
nis.*

264 HENR. HARPHII

gentia oculum clarificando, voluntatem
que excitando ad amorem Dei & sui ipsius
contemptum atque ad desiderium emen-
dationis. Attramen cauere debet, ne carna-
lia peccata quotidie recolat; nisi in gene-
rali, ne huiuscmodi remembrancem
Contritio
ordinata. trahat hostis in carnalem delectationem
& tentationem. Contritionem suorum deli-
ctorum taliter ordinare debet, ut scilicet
magis defleat quod Deum contempnit &
offendit, quam quod seipsum perdidit &
condemnauit.

Secundum est misericordia Dei, circa
quā exercitare se debet in vita activa hoc
modo: Congerere debet in unum & con-
terere in mortario memoria suam mali-
tiā, & Dei immensam beatitudinē: suā ingra-
titudinem, & Dei immensam benignitatem
& largitatem: suam studiositatem ad pro-
priam damnationem, & diuinam diligen-
tiam ad suam aeternam saluationem. Tunc
consequenter percurret beneficia Dei in
creatione, quod condidit nos ad imaginē
& similitudinem suam: in assumpta huma-
nitate, qua seipsum dedit in imagine & si-
militudine nostra: & omnia quae in mor-
tali natura gessit & passus est: consideran-
do ex his immensam charitatem, bonita-
tem ac clementiam, & ex hoc concipiēt
veram perfectamque confidentiam ad
Deum

Beneficia
Dei.

DE MORTIFICAT. 265

Deum. Deinde excitabit se ipsum ad faciem
dam vindictam coram Deo de pecca-
tis proprijs in perfecta scortatione & odio
peccatorum, in vera confessione & pœni-
tentia; excitabit etiam se ipsum ad abstra-
hendum se ab omnibus peccatis & creatu-
ris, conueritendumque se ad omnes virtutes
& ad totaliter se offerendum diuino
benepacito, cum effluxu quodam amo-
roso & gratiarum actione ad Deum. Et
hoc modo spiritualiter regenerabitur in
nouum quandam statum gratiae, Deoque Amor
vnictur in vinculo amoris: & ex hoc pro- Dei.
priè consurget ad veram spem & confidē-
tiā ad Deum. Nam solus amor Dei per-
ducit hominem ad veram spē & confidē-
tiā diuinæ misericordiæ, bonitatis, lar-
gitatis & familiaris amicitiæ, ad quæ nul-
la virtus seu virtuosum opus misericordiæ
vel pœnitentiæ, quantumcunque magnū,
sed neque passio quantumlibet grauis, per- Confiden-
flectè & veraciter hominem perducere po- tia.
test. O sancta spes & beata confidentia,
dummodo non prouocet hominem ad
ignauiam, & acediam, sed ad gratitudinem,
ad amorem, ad studiositatem omnium
virtutum, ad asperitatem pœnitentiæ, &
voluntariam suipius mortificationem.
Meditationum varietas & efficacia, & de
sex gradibus earundem.

Meditationes.

Consequenter ad discernendum inter exercitia actiuæ vitæ est sciendū, quod meditationes exercitorum duos fines habent, timorem videlicet & amorem: siue timorem seruilem, metuentem poenam purgatoriū aut inferni atque vindictam: & timorem filialem, qui formidat Deum offendere aut ingratus esse. Meditationes ergo, quanto seruili timori magis approximant, tanto minoris sunt meriti: & quanto filiali timori seu amori propinquiores extiterint, tanto Deo acceptiores sunt & meriti maioris, purificantque animam per amplius à peccatis, & ad proficiētē vitam magis adiuuant. Ideo que meditationes illæ minores reputantur in merito, quæ timorem solum incutunt ut sunt meditationes de morte, iudicio, purgatorio, inferno, & huiusmodi. Sunt tamen nobis necessariæ pro excitamento ferooris contra vitia. Ideo sanctis olim eremitis solebant esse valde familiares. Post has sunt meditationes de vita æterna, quia meditationes æternæ vitæ in homine incipiente plus querunt suipius commodum & utilitatem, quam diuinum honorem ac beneplacitum. Exercitium vero æternæ vitæ in homine proficiente & perfecto, multò nobilius est & utilius in

gratia

DE MORTIFICAT.

267

gratia & meritis. Supra has sunt medita-
tiones de contritione & pœnitudine pec-
catorum, de pudore coram Deo, de auer-
sione à peccatis & à mundo, quæ præue-
niunt ex præteritorum peccatorum recor-
datione cum amaritudine cordis, quæad.
modum rex Ezechias dicebat: *Recogitabo
tibi omnes annos meos in amaritudine ani-
me mee.*

In hac autem contritione &
amaritudine plus homo ponderare de-
bet peccatorum deformitatem, indigna-
tionem Dei, amissionem gratiæ & gloriæ,
quæm dispendium proprium, confusionem,
periculum, amissionem temporalium, &
similia. Ulta has in quarto gradu medi-
tationum sunt exercitia passionis domini-
cæ ad habendum compassionem. Bernar-
dus namque in sermone feriæ quartæ post
Palmarum, ponit tres gradus exercitan-
disse circa passionem domini, quos appel-
lat opus, modū & causam. Primus gradus *opus.*
est, ut recogitemus opus passionis ad ha-
bendam compassionem, ut participes effi-
ciamur passionis eius & gloriæ: & istud
spectat ad homines actiuos & incipientes,
Secundus gradus est, recogitare passionis
suæ modū, videlicet qua humilitate aby-
fali, patientia, mansuetudine & desistatio
passus sit, ita quod in eius passione inue-
nire poterimus perfectionem omnium.

Eze. 38.

Meditan-
di paſſio-
nem Chri-
ſi gra-
du.

modus.

Causa. virtutum , quas ad imitandum in ipsa considerare debemus , & istud respicit proficientes . Et iste est quintus gradus meditationum , exercitare scilicet virtutes ad assumendum ipsas & imitandum . Terius gradus est , recognoscere causam propter quam Christus passus est , hoc est immensam charitatem , quam in hoc nobis volunt demonstare : & hanc meditari debemus , ut vice versa eius amore uchementes inflammemur , quod propriè pertinet ad perfectos . Attamen hunc amorem in omnibus exercitationum gradibus exercitari oportet , si in bona vita quis proficere voluerit . Iste autem gradus in passione domini se exercitandi , inclusus est in sexto & supremo meditationum gradu , qui est , meditatio scipsum in Dei amore exercere , quāuis sint adhuc alia sublimiora exercitia nudi amoris , vti postea audiemus .

CAPUT XVII.

Spiritualium exercitiorum practice , quibus proficendum .

Prosequendo igitur materiam nostram postquam se quis exercitauit tribus mensibus , aut sex , aut anno uno , donec in se seriat desiderium mortificationis sui sp̄s , mundi contemptum , carnis subiugationem , inflammationem spiritus ad Deum , & ad virtutes yniuersas , si tunc vult

DE MORTIFICAT. 269

vult progredi in actiuā vita , ad peruenientium in contemplatiuam , tria debet assumere. Primum est quod non occupet se nimis; neque deiijciat in pusillanimitatem, nec se etiā nimis perurbet, vetera sua peccata recogitando, neque etiā quotidianos suos defectus discutiendo, deflendo, confitendo: sed omnes retractationes vel discussions peccatorum , quibus miscetur vitiosa delectatio, aut formidolosa desperatio & pusillanimitas , vel conscientiae scrupulositas . rescindendae sunt confessim, alioqui impedimento sunt in vita proficiente. Nam bonos affectus extinguunt, animum & libertatem cordis deprimunt, atque familiaritatem Dei elongant, veram confidentiam extingunt, a nimamque a vita contemplatiua reuocat. *Confessio succincta.*

Succinctam igitur faciet recognitionem & confessionem de peccatis tantummodo notabilioribus: reliqua vero proiecet in abyssalem Dei bonitatem & amorem, vbi consumentur velut vna gutta aquæ in magno igne. Cæterum, contritionem, diligenter splicentiam & pœnitudinem peccatorum do exercet cum conuersione ad ipsa & re. toru memoratione, ut dictum est. Sed præser. modo extim cum quadam plenaria amorosa confidentia & conuersione ad Deum, & præcipue in diuinum amorem. In qua conuer-

*Exercitiū
actiuā vi-
tæ.*

*Confessio
succincta.*

*Pœnitit.
do pecca-
torum quo-
modo ex-
ercenda.*

sione homo disPLICITIAM habet de omni eo , quod medium & impedimentum facit, ne affectiones suæ fluant in Deum & quietentur. Hoc autem certum habeas, venialia peccata multo efficacius & pleniū dcleri amorosa quadam & vigorosa conuersione in DEVM , quā sola conuersione ad ipsa peccata per contritionem . Sed hoc est occultum quoddam

Venialia exercitium, quod à paucis inuenitur. Secundum est, quod sit multum sollicitus in omniis peccatis venialibus, mori affectibus eorundem peccatorum: quia ista est emendationis semita & via compendiosa Deo gratissima. Hic est sciendum quod multum interest inter labi in venialia peccata ex infirmitate & occasione, & cadere ex affectionibus fixè in venialibus stantibus. Sed quia de ista mortificatione dixi in prima parte libri huius, idcirco nūc prosequi omitto . Tertium est , quod homo incipere debet eleuare cor suum, animam, effectus & vires suas, cōtinuis affectuosis aspirationibus in diuinum amorem & vniōnem , quemadmodum postea latius audiēmus. Nam sicut in sumptuosis structuris videmus, si fieri debeat ædificium arcuatū aut lapidea testudo oportet supponere arcus ligneos, super quos lapideus arcus superædificetur: & cū factus fuerit

DE MORTIFICAT. 271

fuerit, subtrahuntur lignei arcus, & per se
subsistit: ita etiam est in edificio spirituali,
in quo oportet fieri arcum diuini amoris,
qui totum contemplationis opus portet:
& quia homo primo imperfectus est in
Dei amore, si hunc amoris arcū construe-
re debeat, oportet ut in primis potissimum
se exercitet in talibus meditationibus, que
cor suum ad desiderium Dei accendere
valeant, ut arcum istum amoris super-
edificare possit. Cum autem sic se inflam-
matum inuenierit in affectu, excitare de-
bet seipsum in ardorem amoris & unitio-
nis Dei magis aspiratiuis desiderijs, quam
meditationibus. Et cum se hoc modo con-
tinuis exercitijs & aspiratiuis desiderijs
frequenter compulerit in amorem Dei
(vniuersas animae vires coadunantem) af-
fectus hominis adeo vigorosi in ipso ef-
ficienter visitatione igneium exercitati-
onum huiuscmodi amoris (hominem
cum Deo vniensis) quod se momento
submersum inuenit in abyssali amore Dei,
& separatum ab omnibus creatis, mox
ut per praefatum exercitium se ad Deum
conuerterit. Et istud propriè est origo, Funda-
mentum & instrumentum vite con-
templatiæ, quod quicunque in actiua vi-
ta inuenire potuerit, cito proficere va-
lebit in virtutibus & suispius mortifica-
tione,

272 HENR. HARPHII
tione, ac peruenire ad vitam contemplati-
uam. Et vocatur istud instrumentum, gra-
tia operās, de qua adhuc multa audiemus.
Cæterum, quid intelligi debeat per verba
illa, aspirare ad amorem vnitiuū, in cōse-
quentibus declarabo in vita contemplati-
ua. In ijs autē quæ dicta sunt, habetur ple-
na præparatio ad vitam actiuam, & origi-
vitæ contemplatiæ.

C A P V T . X V I I I .
De mercenariis & seruis infidelibus.

EST tamen hic notanda vna regula ge-
neralis deseruiens cuilibet ex his tri-
bus statibus, scilicet quod tria sunt
quæ homines in diuino seruicio faciunt
seruos nō fideles, sed mercenarios, dignos
à Deo contemni & condemnari. Primum
est, quod quis in omni exercitio quererit se-
ipsum & propriam vtilitatem consequit
pura sensibilem gratiam, deuotionem, me-
ritum & gloriā, vel etiā incommodū pro-
prium euitare, puta temporale damnum,
confusionem, poenam vel plagam, pur-
gatorium, infernum & similia. Imo est
inuenire nonnullos, qui contemnant o-
mnia & strictam religionem aut poenitentiam
assumant, omnemque gaudenter
sustineant aduersitatem, ad acquirendam
vitam æternam vel evadendam poenam

etca-

DE MORTIFICAT.

273

æternam; & tamen nō stant in gratia, nec
eriam in charitate Dei. Nam taliter egit
Platonis discipulus, qui audiens Platonem
disputantem de futura felicitate, illamque
desiderans, se præcipitem dedit & fregit
ceruicem, vt peruenire posset ad felici-
tatem quam audierat commendari, & ta-
men condemnatus fuit, quia ipse & Plato
ambō erant infideles. Pariformiter ludæi
atque hæretici voluntarie suscipiūt mor-
tem pro sua fide in spe vitæ eternæ. Secun-
dum est, quod opera sua & exercitia val-
de magna reputat, & inde complacen-
tiā habet plus in seipso quam in Dco.
Ecū ista fiducia quiescit magis in ope-
ribus suis, exercitijs atque virtutibus, quā
in libertate filiorum D E i, quam dul-
cis Iesus suo precioso sanguine multum
amorosè mercatus est. Tertium est, quod i
nunquam tam fidelerit D eo famulare-
tur, nisi speraret bonum præmium se in-
de recepturum, vel si sciret non esse in-
fernū, purgatorium vel iudicium extre-
num: Quia talia plus meruit quam Deum
offendere. Istiusmodi homines sunt mer-
cenarij, nec digni peruenire ad vi-
tam æternam, aut percipe-
re gratiam & amo-
rem D e i.

M 5

De

De ornatu vite actiue, per virtutes morales.

PRO secundo considerandum est, qualiter homo ornari debeat ad congruam vitam actiua agendum. Sciendum itaque, quod ornatus vitæ actiue propriè consistit in virtutibus moralibus, quas tamen aliquis possidere potest extra & sine gratia gratum faciente, quemadmodum legimus philosophos gentiles adeo mortificatos fuisse naturalibus passionibus, & ornatos naturalibus virtutibus, ut in aliquibus, & aliquando vix inferiores fuerint multis sanctis, prout notare possumus, quo ad contemptum honorū temporalium & desiderium paupertatis in Diogene ostensis, quando sedebat in dolio, & abiiciebat scutellam suam, considerans quod manus sua haurire aquam posset. Simili modo etiam in patientia philosophi Sabbon, & ita de cæteris virtutibus moralibus. Quamuis autem nulla virtus moralis sine gratia Dei sit salubris, aut conferre possit ad beatitudinem, tamen nemo potest salubriter vti diuina gratia sine moralibus virtutibus: & ideo oportet hominem in principio emendationis suæ laborare pro virtutibus moralibus adipiscendis, ipsasque Deo acceptas efficere per imp.

*Virtutes
morales.*

DE MORTIFICAT.

275

Impetrationem gratiæ Dei. Idcirco in his
tribus statib⁹ præcipue satagere debet pro-
ipsis virtutibus semper plenius obtinēdis:
ad quod peruenire non poterit , nisi cum
magnolabore , diligentia & orationibus.
Nec mirum , cùm virtutes quid nobilissi-
mum citra Deum sint , & similes nos Deo
efficiant , imo faciant homines deos , hoc
est , deiformes : & ipsæ solæ , quantum
est ex nostra parte , Deo sine medio nos v-
niant , h̄ic in gratia , & postmodum in glo-
ria . Primo ergo locare debemus verum
fundamentum humilitatis , ex quo omnes
virtutes sument originem , si Deo gratae
esse debent.

CAPUT XX.

*De tribus mansionibus, quas in contemplati-
o exornari oportet.*

PRo ampliori tamen intellectu de isto
habendo , sciendum quod in homine
sunt tres mansiones , quas possideri &
ornari oportet triplici unitate , si in ipsis
parari debeat Deo habitatio. Infima man-
sio est in corde , quod est origo , principium
& radix totius vitæ & sensualitatis ho-
minis : & ideo omnes potentiae sensiti-
ua (quibus anima coiuncta est corpori , ut
ipſi vivere & sentire tribuat) colliguntur &
coadunantur in corde ut in sua origine . Si

*Mōsia hab-
mitt in-
fima cor.*

ergo in ista māsione reperiri debeat vera
requies, pax & unitas sensituarum poten-
tiatum, oportet hoc fieri per acquisitionem
virtutum moralium, quibus homo
discit mori omnibus naturalibus passio-
nibus & in ordinatis desiderijs vel affec-
tibus. Et istud erat pro quo multum labo-
rabant gentiles philosophi, ut perueni-
rent scilicet ad veram & iugem stabilita-
tem, quietem, unitatem, pacem & liber-
tatem cordis, per quā ad veram sapien-
tiam cōsequenter peruenire possent. Hoc
igitur modo oportet nos enī ad acqui-
rendum in actiua vita morales virtutes, ut
possidere possimus mansionem cordis in
vera quiete & pace per mortificationem
virtutum sensituarum, si volumus dominū
congruum parare thalamum ad quietandum in eo.

*Mansio
hominis.
media
mens.*

*Anima
spiritus.*

Media mansio est mens hominis, quæ
est naturalis origo virtutum intellectualiū,
ex qua ipsæ vires intellectuales oriuntur:
hoc est, memoria, intellectus & voluntas,
quibus omnes actiones spirituales perfici-
ciuntur, ut postea plenius declarabimus.
Secundum istas tres vires appellatur ani-
ma, spiritus: quia istæ vires sunt separa-
te & impermixtæ ac, liberae ab omni or-
gano corporis, ipsi que efficitur homo si-
milis suæ originæ. hoc est, ipsi Deo, & me-

mors

DE MORTIFICAT. 277

moratur, agnoscit ac diligit eum, ita quod istae vites totaliter in Deo suspensæ manent, vnuisque spiritus cum spiritu Dei efficiuntur. Ideoque sicut Deus vocatur spiritus, ita & istæ tres vires animæ superiores spiritus nominantur: quia propriè ordinatæ sunt ut Deo vniuantur, ipsoque in gloria eternaliter fruantur. Istam ergo mansionem oportet nos præparare in vita contemplatiua, vt possideamus ipsam in unitate spiritus. Et istud fit per plenam acquisitionem gratiæ Dei & donorum spiritus sancti, quæ perficiunt, nobilitant & eleuant omnes virtutes morales, quæ in actiua vita acquiruntur: & ergo dona spiritus sancti sunt ornatus vitæ contemplatiuae, prout postea melius audiemus. Suprema mansio est nuda animæ essentia. Quomodo autem illam in unitate possidere debeamus, hoc excedit omnē capacitatē humani intellectus: quia species stat ad terrum statum hominum, hoc est, ad supereminētē contemplatiuam vitam, de qua in fine secundum posle nostrū loquemur.

1. Cor. 6.
Ioan. 4.

Mansio
hominis
supremæ
essentia
anima.

CAPUT XXI.

De virtutibus moralibus, humilitate, obediētia, patientia, misericordia, benignitate, strenuitate, sobrietate, castitate, &c.

M. 7.

Pro-

Prosequendo igitur oinatum actiue
vitæ per virtutes morales, volumus in-
choare à fundamēto humilitatis. Hu-
militas ista est profunda cordis in cōspe-
ctu diuinæ maiestatis inclinatio. Quod vt
obtineatur, diligenter considerabit humili-
lis amator Dei, quām fideliter & humili-
ter immensa maiestas, alitudo, sapientia,
diuitiæ & bonitas Dei in extrema pau-
pertate tam vili pauperique homuncioni
seruerit in assumpta humanitate. Qua
consideratione continuata, tanta excre-
scet in eo reverentia erga diuinam maie-
statem, quod nō poterit plenè manifestari
verbis aut signis. In tantum quoque effi-
cietur esuriens, sitiens & cupidus ediu-
so domino seruendi & exhibendi hono-
rem, atque despiciendi, subiectandi & hu-
miliandi seipsum, quod non poterit in hu-
ijsmodi vñquam satiari. Proponet nam-
que sibi omni tempore hoc suave ver-
bū Christi. *Discite à me, quia mitis sum &*
humilis corde. Et per istā humilitatē subij-
ciet se perfectè Dco & p̄ceptis eius, at-
que omni creaturæ propter amorem e-
ius, reputando se peccatorem vilissimū
totius mundi & velut puluērem terræ,
qui pedibus calcatur, se aestimando, di-
cet cum Dauid in persona Christi. *Ego*
autem sum vermis, & non homo, oppro-
brius.

Humili-
tatis.

Matt. xi.

Sal. 21.

briam
Venit
lunta
volum
mner
perf
litas
ne o
dient
mend
auter
tis &
nunq
tem I
spirit
amor
conse
Ista c
seque
sentia
gnati
berib
men
se app
dam
renuu
est(q
renu
bedic
tione

DE MORTIFICAT. 279.

briam hominum, & abiectio plebis. Exist^o
venit quod homo ad nutum subiicitur vo-
luntati Dei. Quia autem beneplacita Dei
voluntas est, sapientiam mundi conte-
mnere, & Dei sapientiam imitari in omni
perfectione virtutum, ideo parit humi-
litas primogenitam filiam suam nomi-
ne obedientiam, quia solum per obe-
dientiam perfectam humilitas vera com-
mendatur atque probatur. Obedientia
autem est flexibilitas submissæ voluntati
& promptitudo ad omne bonum, quæ
nunquam fatigatur exequendo voluntati-
tem DEI, subiicitque carnem spiritui, &
spiritum Deo, & omni creaturæ propter
amorem DEI, dummodo hoc rationi
consonum esse constiterit & virtuosum.
Ista obedientia compellit hominem con-
sequenter renunciare proprię voluntati &
sentimento, & nemo perfecte potest resi-
gnare propriam voluntatem, nisi prius v-
eribus obedientiæ sit educatus Potest ta-
men bene de foris in exterioribus actibus
se applicare ad voluntatem alterius facie-
dam, & intus proprię voluntati non
renunciare. Multo namque sublimius
est (quo ad perfectionem) ab intus proprię
renunciare voluntati, quam de foris o-
bedientem esse vel apparere. Per abnegationem
proprię voluntatis, habet voluntas

obedien-
tia.

Abnego-
tio volun-
tatis pro-
prie.

Dei

Dei plenum dominium in nobis, & voluntas hominis adeo in voluntatem Dei attractatur vel transfunditur, ut contrarium velle vel optare nequeat, ita ut ex ipsa profluat voluntaria tolerantia omnium personarum & tristitiarum, quae homini possunt accidere. Spiritus enim domini, spiritum humilis hominis contingens attrahit & intrahit ipsum, & totum ita in se consumit, quod tam plene renunciat propriæ voluntati in voluntatem Dei, ut sibi videatur non aliam se voluntatem habere aut uti quam Dei. Et tunc redditus spiritus Dei testimonium spiritui eius quod filius Dei sit, coniungunturque tunc in homine illo summa libertas & summa obedientia, summa securitas & summa humilitas. Ita abdicatio propriæ voluntatis, generat filiam quæ patientia dicta est, & hæc tolerat omne quod sibi accidere potest. Nam vere patientem non constitutus quicquid ei infra Deum acciderit: quin potius omni tempore se totum proponit in placissimam voluntatem Dei, qui hæc omnia permittit super eum. Et per istam virtutem misericordie decoratur & acceptus Deo efficitur, quia voluntaria patientia in personam cum benevolentia ad eos qui ipsas inferunt, sicut vestis nuptialis Christi, in qua sponsam suam, id est, sanctam Ecclesiam,

Rom. 8.

Patientia.

Matt. 20.

in crux

DE MORTIFICAT. 281

in cruce desponsauit. Patientia conseq-
ter generat filiam quae appellatur mititas,
que possessori suo pacem de omnibus pol-
licetur, quia mansueti hereditabunt terram,
& delectabuntur in multitudine pacis, sicut
dicit Propheta. Mititas autem est in pa- Psal. 36.
tientia tranquilitas, per quam vis ira- Mitias.
scibilis quasi silentio quodam immobi-
litatur, & concupisibilis in virtutibus
sublimatur: quod rationalis aduertens
lætatur, & conscientia tantæ dulcedinis
gusto pace mirifica tranquilliatur. Poena
enim est torcular, vnde profluit vinum dul-
ce spiritualis consolationis: & tunc cum
lætitia sustinet homo dura verba, duriora
verbata & durissimam mortis poenam. Mi-
titas etiam gignit filiam quae vocatur be-
nignitas, & hoc ex amore Dei, quia solus
mitis, benignus esse potest. Benignitas i. Benigna.
racunda corda dulci affabilitate, veibus bla-
dis & pijs actibus emollire nititur, vbi spē
habet virtutibus præualendi. Anima be-
nignitate dotata, est quasi lampas oleo
plena, errantibus lucens bonis exemplis,
desolatos vngens blandis alloquijs, ira-
cundos medicans pijs obsequijs, & virtu-
tibus pingues accendens ardore diuini a-
moris, Benignitas ista amabilis parit et
iam filiam, nomine compassionem, quia
benignitas amorosa quadam compas-
sione

282 HENR. HARPHII
ne se participem facit pauperatis, necessi-
tatis & afflictionis omnium hominum.

Cōpassio.

Compassio enim est, ad omnem affli-
ctionem, & necessitatem aliorum homi-
num pia cordis commotio. Principaliter
autem verum Dei scium domino suo
compati facit, qui tam amarum & igno-
miniosam mortem passus est in cruce, im-
primitque menti eius tam necessariā mor-
tis causam, piā & promptā patienti vo-
luntatem, quorum recordatio plū cor
cum Christo spiritualiter, & etiam sensi-
biliter crucifigit cruce amorosae compa-
sionis. Secundo compassio diligenter at-
tendere facit propriam negligēnam, pro-
prias culpas, & vitia; item, tempore,
pigritudinem, preciosi temporis amissionem,
& tantam in omnibus virtutibus, virtuo-
sique operibus pauperiem. Tertio suadet
proximorum erratus multiplices perpen-
dere, propriæ salutis parcipem, &
beneficiorum Dei tantam ingratitudinē,
quorū intuitu compungitur compassione
in condolendo, & affectuoso ardore sa-
lutis omnium inflammatur. Quarto et-
iam considerare facit corporalem necessi-
tatem, infirmitatem, culpā & vitia & mi-
seriam aliorum, & per hoc cor hominis
crucifigit in compatiēdo. Compassio hæc

Largitas. cōsequenter filiam parit, vocatā laigitatē
vel

I
vellibe
cordis
solus c
largus
fauore
persona
ineffab
cessuā
largitatis
mirand
cit, quo
passion
rentian
& oper
priam i
tiudine
que pat
tatem &
sum assi
gitati, &
fert qui
quid ip
in patie
proxim
largitat
dit: & p
næ boor
stremo
necessit
Vaicui

DE MORTIFICAT. 283

vel liberalitatem, quæ est liberalis effusio
cordis charitatiua cōpassione permoti. Et
solus cōpassione misericors, propriè etiam
lergus vocatur, in cōmuni quodā ardenti
fauore charitatis ad omnes homines sine
personarū acceptione. Considerans enim
ineffabilia beneficia bonitatis Dei, & ex-
cessuā pœnam passionis Christi, tanta se
largitate pro qualicunq; vicissitudine tam
mirandæ charitatis Dei submittit ac dej-
cit, quod pro singulis articulis tam amaræ
passionis Deo laudem, honorem & re-
tentiam impēdere desiderat corde, verbis
& operibus. Recolens consequenter pro-
priam miseriam, negligentiam, ingra-
titudinem & rapiditatem ex una: diuinam
que patientiam, clementiam, longanimi-
tatem & fidelitatem ex altera parte, sur-
sum assurgit in spiritu obuiam diuinæ lar-
gitati, & volūtate perpetua liberaliter of-
fert quicquid habet & potest: imò quo-
quid ipsem est, in agendo, dimitendo &
in patiendo. Deinde considerans errores
proximorum innumeros, riuum suæ
largitatis ad locum vnde profluxit, refun-
dit: & pijs clamoribus benignitatem diuinæ
bonitatis interpellat pro omnibus. Po-
stremo attendens multiplicem corporalē
necessitatem & indigentiam in proximis,
vaicuique iuxta omnia posse suū & facul-
tatē

Opera misericordie. tatem subuenire querit. Et fluunt ex ea se ptem misericordiae opera , quæ à diuitiis & fortibus implentur cum temporali bus bonis & obsequijs: à pauperibus vero & impotentibus, implentur pijs fauoribus & bona voluntate . Per hanc etiam virtutem largitatis præcipue multiplicantur virtutes, & animæ vires decorantur : quia qui corde largus est, communiter etiam latus est & insollicitus , bonus affectibus abundas, & in omnibus pijs operibus communiamore beneficis.

*Strenui-
tas.*

Largitas hæc filiam parit, quæ vocatur diligētia seu strenuitas in bonis operibus, exercitijs & virtutibus . Est autem strenuitas ista , stimulativa quædam cordis diligentia ad omne bonum , & vestigiorum Christi impigra æmulatrix , optans corpus & animam esse & vivere , vires & opes expendere ad potissimum honorem & laudem Dei . Per istam strenuitatem animæ vires ad susceptionem diuinæ influentiæ late expanduntur & vegetantur, hoc est, vigorem recipiunt ad omnes virtutes, quantum cunque sublimes sint & nobiles. Ab ista etiam strenuitate exhilaratur conscientia, augmentatur gratia, virtutes delectabilius & iucundius exercentur, & opera exteriora decorosius venustantur.

*Tempe-
rautia.*

Strenuitas ista generat filiam nomine sobrie-

sobrietatem vel temperantiam: quæ vir-
tus omnes potentias intellectuales, anima-
les & corporales coeret, & a boni su-
perfluitate restringit, ita ut etiam in intel-
lectu nolit scire vel sapere quæ non licent.
Ipsa nō vult curiosè indagare secreta Dei,
nec ratione comprehendere articulos fi-
dei, scripturas non querit detorquere ad
suum sensum, sed iuxta vitam & doctri-
nam Christi & sanctorum fideliter intelli-
gere. Ex scripturis etiam creaturisque solū-
modo trahit id quod ad salutem deseruit:
& hæc est sobrietas in viribus intellectua-
libus. Simili modo ponit sensitivas ac be-
stiales vires sub ratione, ne extra vagentur
per inordinatas passiones irascibilis aut
concupiscibilis. Hæc sobrietas seruanda est
in omnibus verbis, actibus, locutionibus,
silentijs, auditu, odoratu, gustu, tactu, in
sentiendo, & in omni quod per corpus &
sensus exercebitur. Sobrietas filiam par-
turit, appellatam castitatem corporis & a-
nimæ, quam veraciter nemo possidet, nisi
qui sobrius est. Sunt autem tres gradus ca-
stitatis. Primus gradus est castitas corpo-
ris, quæ docet diligenter cauere ab immū-
dis seu lasciuis actibus, verbis, gestibus, nu-
tibus & attractibus, quæ quoquis modo ad
luxuriā prouocare possent. Hæc castitas Corporis.
assimilatur candido lilio propter angelicā
puri-

236 HENR. HARPHII
puritatē, & ctiā rubicundæ rosæ, quia di-
gnitati martyrij assimilatur propter la-
boriosam resistētiā, quā quotidie fieri o-
portet. Secūdus gradus castitatis cōsistit
in corde, dum scilicet homo in tentationi-
bus & naturalibus motibus carnis suæ
statim sine mora, integra voluntate ca-
stitatis, exerit vigorosam conuersionem
ad Deum, in nullo penitus moram facien-
do in tentatione. Et tunc tentatio est
valde utiles, quia promeretur augmentum
gratiæ qua omnes virtutes stabilian-
tur, extollantur, exornentur & nobili-
tentur. Ista castitas gubernat, custodit,
& stabilitat omnes sensus exteriores, ipsa
castigat & restringit appetitus bestiales;
ipsa efficit ut homo nullum medium per-
mittat inter Deum & se, quantumcunque
spirituale hoc esse videatur. Verbi gra-
tia: Non vult habere priuatum amorem
& amicitiam etiam cum spiritualibus per-
sonis, nec vult à quo cunque singulari
fauore, amore vel amicitia coli: quia ta-
lia modo retrahunt à via Dei pu-
ra, in qua gloria, honor & beneplacitum
Dei dumtaxat quæri debent. Tertius gra-
dus castitatis est in mente hominis, hoc
est, intimo animæ, & collocat hominē su-
pra sensum, supra intellectum, & supra
omnia dona quæ anima à Deo recipere
potest,

Mentis.

potest, possessorumque suum sine medio
 Deo conglutinat. Ipsa pertransire nititur
 quicquid creatura comprehendere potest,
 & solum in comprehensibili bono requie-
 scere, quia impurus spiritus est, qui ad-
 huc requiem querit in quibusunque do-
 nis Dei, quantumlibet sublimia, nobil-
 lia, arcana vel appetibilia sint, prout la-
 tius postea declarabo. Ista castitas ad
 sacramentum corporis Christi non ac-
 cedit, ut fruatur delectabili spirituali
 sapore ut satisfaciat spirituali desiderio,
 aut etiam ut habeat inde fomentum pa-
 cis & quietis, vel propter aliam aliquam
 causam, sed solum propter hono-
 rem, gloriam & beneplacitum Dei, &
 ut secundum profectum virtutum &
 mortificationis sui ipsius possit obtinere.
 Haec est nobilis illa castitas, quae animam
 ab omni quod Deus non est, liberam
 reddit: & continuo sursum effluxu amo-
 rosi affectus in creatum bonum animam
 salubriter deiformem efficit, hic in gra-
 tia, & postmodum in gloria. Et in hoc
 succinctè explicatum est, qualiter homo
 in actua vita satagere debeat se virtuti-
 bus ornare, si felicem profectum in
 ipsa habere voluerit, & acces-
 sum ad contempla-
 tiuam.

*De profectu vel consurrectione attiuæ vite
per fidem, dilectionem & spem.*

Ednt. 3.

*Viamy
stica.*

Tertio principaliter ostendendum est, qualiter homo proficere debeat in aetiuia vita, & consurgere in perfectione obuiam Deo, dicendo cum sponsa: *Surgam & circumibo ciuitatem, per vias & plateas quaram, quem diligit anima mea.* Hic est sciendum, quod huius consurrectionis duplex est modus. Primus est mysticus & occultus, vocaturque à Dionysio mystica theologia, quia est occultissima sapientia quam immediate solus Deus in spiritu hominem docet: aliae autem scientiae a mortalibus magistris docentur. Hæc sapientia tantum in corde scribitur diuina illuminatione & cœlesti influxu. Et quantum non posse propter suam excellenciam nobilitatem ab illo hominum perficie tradi & doceri, quilibet tamen quantumcumque simplex fuerit & indoctus, si fideliter frequentauerit scholam diuinam, hoc est, virtutum, & virtuosarum exercitacionum, hanc nobilem sapientiam à Deo immediate recipere poterit supra omnem intellectum per amorosos affectus atque influxus in Deum. Et hic est unus modus consurrectionis per vim concupisibilem,

de quo

de quo parum tetigi in præcedentibus, sed latius postea prosequar. Hæc mystica theologia in omni gradu proficientis vitæ exercitari debet: sed quanto altius ascenditur, tanto magis exercitatur. Secundus modus consuertionis est scholasticus secundum humanam eruditio-nem, & de illo nunc loqui intendimus, quia communiter exercetur in vita actiu-a. Est ergo sciendum, quod sicut in æter-na vita anima Deo, spirituali connubio, coniungitur per tria dona, quæ à Deo recipit & possidet tanquam dotes, hoc est, visione clara, dilectione pura, & fruitio-ne secura: sic in huius vitæ via, per gratiam æternæ beatitudinis, gloriam præ libantes, appropinquamus Deo exercitijs trium virtutum theologiarum, tribus animæ dotibus correspondentium. Et per istas tres virtutes meretur homo præfatas tres dotes animæ recipere in gloria: per ipsas etiam in tempore isto coniungimur Deo in actiu-a vita pariter & contemplatiua, sed multum differenter, prout po-stea audiemus.

Via scholastica.

CAPUT XXIII.

De intentione triplici, recta simplici &
deiformi, de qua oratione
vocali.

N

In acti-

INaestua vita, de qua nunc loquimur, consurgimus ac Deo coniungimur, primo recta intentione fidei lumine illustrata: quod sit quando homo in cunctis quæ agit vel patitur, cupit aut vitat, simplicem intentionis oculum habet ad Deum duntaxat, querendo scilicet in omnibus pure ipsius honorem, gloriam, dilectionem ac beneplacitum ex charitate, & nihil aliud habet in intentione. Hæc intentione maxime attendenda est in omnibus: quia quantumlibet bonum sit opus, aliena intentione facit ipsum vanum & sine fructu & econtrari, intentione bona, opus quod in se nec bonum est nec malum, fructuosum efficit & acceptum. Et quia pauci valde homines puram intentionem habent, & salus nostra & profectus consistit in intentione, idcirco notandum est tres esse gradus intentionis bonæ. Primus est intentione recta, quæ ordinat omnia ad Deum, & propter Deum. Ista intentione procedit ex voluntate affectuosa, æstu divini amoris calefacta. Quæ voluntas sic amore æstuans, intentionem ad consecrationem æterni finis desiderati operando impellit, nec hominem quiescere nisi in æterno bono sinit. Hic ergo secernuntur filii adoptionis à filiis reprobationis: quia omnes qui in exercitijs suis & operibus virtuosis perficien-

DE MORTIFICAT. 291

ids non attrahuntur amore diuino, sed
impelluntur aliunde, Deo vnitri non pos-
sunt. Causa huius est, quia cum natura re- *Naturæ*
curua vel inclinata sit ad seipsum, ideo *recuruit*
qui diuinum, gratitum, supernatura *ad seipsos*
lēmque non habent amorem, in omnibus
naturali amore ad sese reflectuntur, quæ-
rentes seipso, & affectantes in exercitiis
virtuosorum operum sensibilem amo-
rem, spiritualem dulcedinem, & similia. Sed
verus amator seipsum contemnit, & so-
lum Deum quærerit in omnibus, quia cha-
ritas nexus est amoris, nos in *Dæm* trans-
uhenſ, per quam vnimur D E o, nobis-
ipſis renunciātes, & Deus vnitur nobis.
Et quamvis naturalis amor in aetibus ex-
terioribus tam similis sit diuinæ charita-
ti, ut non facile valeant secerni, tamen in
intentione valde dissimiles sunt: quia cha-
ritas in nullo seipsum quærerit, naturalis ve-
ro amor seipsum in omnibus quærerit. Et *Gen. 3.*
sicut Adam in paradiſo seipsum quærerit,
do in quatuor prolabebatur peccata, vide-
licet in superbiam, quia mandatum Dei
contempsit: in avaritiam, quia sapientia
Dei concupiuit: consequenter in gulosi-
tatem, quia quæsiuit illiciti saporis dele-
Etamentū: & post haec accendebatur luxu-
ria: ita etiā qui ad exercitium trahitur na-
turali amore duntaxat, quantumcunq; al-

HENR. HARPHII

292

Quæstio
priuata.

Galat. 6.

tum & nobile illud esse videatur, etiam si hominem in mentis excessum faciat peruenire, licet etiam magna videre & visiones habere sibi videatur, tamen totum est ad suam damnationem¹, quia cadit etiam in prædicta quatuor peccata. Primo in propriam complacentiam & inanem gloriam, putans se aliquid esse, cum nihil sit. Secundo in cupiditatem, quia ex curiositate inardescit ad recipiendum à Deo notitiam in spiritualibus, & illuminationē per reuelationes, visiones & intellectum internum. Tertio in gulam, quia per desiderium voluptatis querit in affectu sensuali experimentales & sensuales sapores ac dulcedinem ad quiescendum in ipsis, & eisdem fruendum: & ad hunc finem ordinat omnia sua exercitia & studium deuotionis. Postquam autem hæc adeptus fuerit, cadit in spirituale adulterium: quia in huiusmodi sensuali oblectatione & voluptate ponit finem suæ deuotionis, & illic requiescit. Ex isto potes aduertere, multos esse in actiua vita pariter & contemplativa, quibus apparet quod ad magna exercitia & sanctitatem peruerent, & tamen per amorem naturalem miserabiliter decepti manent & suffocati, ignorantes & non aduertentes hæc spiritualia peccata. Idecirco debet homo querere sanctitatem

DE MORTIFICAT. 293

tate nō in sensibili deuotione, nec in fre- Sanctitas
 quenti exercitatione, sed in contemptu *vbi que-*
 & mortificatione sui ipsius, sicut supra *renda.*
 edocui, & etiam in recta intentione, quæ
 sola discernit inter veros & falsos Dei mi-
 nistros. Signum intentionis rectificatae
 est spiritualis lætitia in aduersis, sicut di-
 cit Origenes super cantica: Non inueni ve-
 risus signum boni hominis, quām si inter æ-
 ramnas & aduersa fert dulcedinem mentis
 ex frequentia sobrie exultationis & leticie.
 Hoc enim signum denotat immobilita-
 tem mentis in aduersis & prosperis: quæ
 immobilitas est signum intrinsecum re-
 ctæ intentionis, quæ in nullo scipsum
 querit, sed tantum Deum: & tam bene
 (imo magis) inuenitur in aduersis, quām
 in prosperis. Unde beatus Gr̄gorius di-
 cit super illud verbum Iob, Erat vir sin. Iob. 1.
 plex & rectus: Rectus est ille, qui in aduer- Rectus
 sis non frangitur, qui ad temporalia non ir- quis.
 clinatur, qui ad superiora totus erigitur, qui
 diuine voluntati totus subiectur. At ista
 intentio licet rectificata sit, ad perfectum
 tamen decorum nondum peruenit: quia
 adhuc in actiua vita consistit, & circa Luc. 10.
 multa est occupata, quamvis solum pro-
 pter Deum. De quo Bernardus super Can-
 tica dicit, quod in aliud tendere quām in
 Deum, & tamen propter Deum, non est

294 HENR. HARPHII
ocium Marie, sed Marthæ negotium. Absit at-
tem ut quæ huiusmodi est, quicquam il-
lam dixerim habere deforme, nec tamen
ad perfectum affirmauerim venisse deco-
rem, quippe quæ adhuc sollicita est, & tur-
batur erga plurima, & non potest terreno-
rum actuum vel teui puluere non resper-
gi: quem tamen cito, facileq; deterget vel

*alias dor-
mitiorum.*
*Intentio
simplex.*
in hora sanctæ * deuotionis casta intentio
& bonæ conscientiæ interrogatio in
Deum. Secundus gradus dicitur intentio
simplex, quæ est Deo magis unita sine me-
dio, & dulcius allicitur & trahitur odore
boni increati. Et spectat ad hominem con-
templativum, procedens ex actua volun-
tate per experimentalem gustum spiritus:
quia experimentalis gustus vel odor æter-
ni boni facit hominem cuncta contemne-
re, nec in aliquo alio intentionem eius qui-
escere sinit, præterquam in solo Deo sine
medio: quoniam in tali experientia inten-
tio non ambulat, sed currit. Dicit autem

Bernardus libro de Præcepto & dispensa-
tione, quod ad hoc ut intentio sit simplex,
duo requiriuntur, scilicet amor boni in in-
tentione, & veritas in electione. Et ratio
huius est, quia caritas dirigit intentionem
ad omnia quæ deseruunt ad desideratum
finem, qui est Deus ipse, & illi actius uni-
tur, cum in omnibus unum finem inter-
di

dit, ad
tum p
autem
rare in
inquit
tionis
tatis,
scius a
sunt, a
intende
homini
non si
plum
nem)
tio est
pus be
ipsa e
Deum
tinens
men
riual
collig
Deo
Hec
stam
omn
* qua
exere
rioti
num

dit, ad unum finem tendit, & omnia quantum potest, cum illo vniuersitate querit. Veritas autem in electione, non sinit hominem errare in querendo hunc suam: alias (prout inquit Bernardus) quomodo oculus intentionis esset simplex cum ignorantia veritatis, cum qui bonum diligit, malum necepsius agit? Quando vero ista duo simul sunt, amor boni & cognitio veri, tunc est intentio simplex: quia veritas non sinit hominem extra viam errare, & charitas non sinit eum quietescere, antequam seipsum & omnia eleuauerit (per intentionem) in finem qui Deus est. Hec intentio est oculus ille simplex, qui totum corpus bonorum operum lucidum reddit. Ipsa est amorosa inclinatio spiritus in Matth. 6. Deum, illuminata diuino lumine, in se retinens tres virtutes Theologicas, fundamentum internum existens totius vita spiritualis, distractas animae vires omnes re-colligens in unitate spiritus, & spiritum Deo vniens in unitate amorosi influxus. Hec est differentia inter intentionem rectam & simplicem, quia recta intention omnia facit propter Deum, sed non querit in omnibus Deum, hoc est, eius exercitium magis est exterum in exteriis virtuosis operibus, quam internum tendens in D E V M, quamvis pro-

* Alias
tendit in
Deum.

296 HENR. HARPHII
pter eum omnia facit : idcirco in corde i-
psius magis impressæ sunt imagines ope-
rum, quam Deus , propter quē ipsa facit.
Intentio verò simplex quærerit etiam in ex-
terioribus operibus simplicitatem cordis,
puta habere semper , sine imaginatione
operum, simplicem amorosum influxum
in Deum, supra omnem multiplicitatem,
distractionem & inquietudinem . Et i-
stud contingit in exterioribus pariter &
interioribus exercitijs. Exempli gratia, de
interiori exercitio, in quo quia subtilius
est, difficilius istud notari vel intelligi po-
test : Sint duo homines, vnu in actiuā vi-
ta cum recta intentione, alter in contem-
platiua vita cum simplici intentione, & o-
rent ambo pro amicis, cognatis, viuis &
defunctis, & pro tota sancta ecclesia : Ille
qui est in vita actiuā cum intentione re-
cta, inter orandum non valebit se perfe-
ctè nudare ab omnib⁹ ab imaginibus, præ-
sertim illorum, pro quibus orat : sed ille
qui est in contemplatiua vita cum simpli-
ci intentione, amicos, cognatos, viuos, de-
functos & totum corpus sanctæ ecclesiz
vnico simplici intuitu amorosè in cor suū
trahet, & quasi vnico intuitu mille mil-
lia hominum in momento comprehen-
det : & hoc ideo , ne sensus sui dispergan-
tur , aut ad extraneas cogitationes tra-
hantur.

hantur. Quo facto, statim eundem oculū simplicem diriget in Deum tanquam in diuinum speculum, in quo omnes homines contemplabitur, ut in origine vnde effluxerunt: & hoc modo orabit pro eis, quia tunc creaturæ nullum medium inter Deum & animam efficient, præsertim si anima didicerit & exercitata sit in amerosa illa aspiratione, de qua infra loquar.

Hic est etiam sciendum, quod orationes *Oratio vocalis* quæ magis frequentantur in acti- *calis quo-*
ua vita, effundi debent vigoroso affectu modo fiat.

Deum laudandi, confitendi, gratias agendi, honorificandi, & petendi virtuosa queque pro se & cæteris hominibus, quousque ignis amoris accendatur in vi concupisibili, & tunc oratio vocalis est relinquaenda, ratio nudanda ab omni multiplicitate, ne impedit spiritualem ascensum, & spiritus continua spirituibus sursum actionibus in Deum est eleuandus. Quia sicut triticum cū palea in uno aceruo patiter cogtegantur, quousque triticum trituratione purgetur, & palea proieciatur in pabulum iumentorum: ita oratio vocalis reputata est ut palea, & tā diu seruari debet, quousque vera deuotio instar tritici excutiatur: quo facto proiecienda est pro indigentia & in pabulum vitium nostrorum bestialium. Ultimo est etiam nota-

298 HENR. HARPHII
dum, quod quamvis Deus sit finis intentionis simplicis in omnibus, & ultra hoc tendat in dominū solum immediate quantum potest, & hoc propter ipsum, attamen Deus non est totaliter finis eius, sed etiam propter seipsum facit, querens spiritualiter consolari multis modis, quamvis Deus sit principalis intentio. Et si forte quidam sint qui videantur istud non querere, paucissimi tamen tam voluntarij sunt ad delocationem, hoc est, ad diuinæ consolationis & internæ sensionis subtractionem, sicut ad affluentiam earundem gratiarum: quia nondum plenè sibi ipsi mortui sunt ad preferenda quæcunque aduersanisi consurgant ad perfectiorem intentionis gradum.

Intentio deiformis Tertius gradus vocatur intentio deicata: quia totaliter est amore finis æterni attracta, absorpta & deiformis effecta. Et hæc propriè est beatorum in gloria, & licet ut à voluntate affectata deiformiter. Quidam tamen in statu viæ in tantum amore inebriatur in spiritu, quod totis p̄cordijs intentionem hanc attingere cupiunt, & elaborare non cessant, vt in hac lacrymarum valle felicem hæc deificationem seu deiformitatem assequi mercantur, de qua dicit Bernardus libro de diligendo Deum: Deification, id est, amor vel intentio homis

Hominem deificans, hoc est, deiformem faciens, nihil relinquit in voluntate admixtum vel proprium, sed totum per intentionem dirigit in Deum. Oputa & * deifica-
ta, id est, deiformis, intentio voluntatis, * Alias
eo certe defecatior & purior, quo in ea de-
proprio iam nihil admixtum relinquitur:
eo suauior ac dulcior, quo totum diuinum
est quod sentitur: sic enim affici, deificari
est. Sed hæc deificatio hic poterit in ho-
ri, in æterna vero vita perficietur, vbi sic
omnem in sanctis humanam affectionem
quodam ineffabili modo necesse erit à se-
metipsa liquefcere & deficere, atque in Dei
penitus transfundti voluntatem. Manabit
quidem propria substantia, sed in alia for-
ma, alia gloria, aliaque potentia. Alioqui
quomodo omnia in omnibus erit Deus,
secundum, quod Paulus dicit, si in homine 1. Cor. 15.
de homine quicquam supererit?

CAP V T: XXIII.

De vera dilectione, qua Deo per tres gradus in
activa vita vnimur.

Secundo principaliter consurgimus &
vnumur Deo dilectione præcipua, cha-
ritatis igne inflammata. Quod sit, cum
quis in omnibus actibus suis rectam inten-
tionem habens, seipsum totaliter per amo-
rem inclinat super pectus domini. Vnde S.

*Amor
quid.*

*Amoris
gradus
nouem.*

*Amor in
compara-
bilis.*

Dionysius in libro de diuinis nominibus dicit: *Vnus est amor increatus, qui sua substantiali & vniuersali appetitione ingens amorem creatum omnibus rebus: qui amor creatus, est quædam inclinatio & coordinatio amantis ad bonum amatum.* Est enim amor connexio & vinculum, quo Deus & spiritus amsa incessabili amicitia, insolubili que vniione copulantur. Cum igitur amorem nominamus, siue diuum, siue angelicum, siue intellectualem, siue animalem, siue naturalem, designamus nomine amoris quandam virtutem vnitiam & communicatiuam, mouentem superiora ad prouidentiam & curam inferiorum, & inferiora ad conuercionem superiorum, & facientem ordinatam quandam eorum mutuam habitudinem vel communicationem. Iste amor nouem gradus habet, quia non patitur ullum remanere medium inter Deum & se, sed omnia vult penetrare, donec perueniat ad dilectum: & ergo oportet ipsum hos gradus ascendere, quorum tres inferiores pertinent ad consuertionem vitae aetiæ. Primus gradus est amor incomparabilis, quo in tantum homo Deum diligit, quod nullus amor eiuscumq; rei infra Deum, in eo, amoris Dei comparetur, non amor patris, non matris, non vxoris, non

nō filiorū, nec suipius: imò nō solū quælibet creaturæ infra Deum sunt amandæ, verū etiam amor ipsarum ordinandus est in Deum, scilicet ut vel ipsas in Deum reducere possimus: & hoc modo homines diligere debemus: vel quia cooperantur & adiuuāt nos ad Deum, vel quia per creaturas homo dirigitur & adducitur ad Deum, per earum scilicet consideratam pulchritudinem, dulcedinem, subtilitatem & similia, & sic alias creaturas poterimus diligere. Iste amor docet hominem, ut non patiatur se abstrahi à Deo propter aliquid infra Deum existens, aut contingens, sicut Paulus ait: *Quis nos separabit Rom. 8.*
 a charitate Christi? Tribulatio? an angustia?
 an persecutio? an famæ? an periculum? an gladii? Et per hunc amorem anima Deo de-sponsatur, quia dicit Richardus, *quod Deus verus sponsus est anime.* Quem tunc nobis veraciter vniūmus, quando vero amore eidem adhæremus: & tunc nos sibi vnit, quando interna mercatura dandi & exigendi ad suum amorem nos strictius ligat: & tunc incipimus valde diligere eum, quem prius valde consuuiimus pertimere. Secundus gradus est amor ardens, *Amor ar-de quo* dicit Gregorius. Operatur enim *dens.* magna* vbi est; si vero operari renuit aut * *alias, si-* non operatur, amor non est. Iste amor est

sapidus appetitus cordis, ad Deum fluens
tanquam in summum bonum, in quo om-
ne bonum inclusum est. Hic amor valefa-
cit omnibus creaturis, ne earum abusu fo-
ueat sensuales appetitus: & facilè contem-
nit omnia, vt acquirat quod diligit: quia
proprium opus huius amoris, est semper
pugnare contra inordinata desideria &
naturales passiones. Et ideo etiam appella-
latur amor incontaminatus, eo quod ho-
minem per desiderium à mundana conu-
tatione & occupatione abstrahat, ne cor
suum nimis occupetur per venialia pecca-
ta, aut maculetur affectibus coruadem, &
per hoc ardor amoris ab opere suo impe-
diatur, aut etiam naturalibus passionibus
conculetur. Et tunc peruenit consequen-
ter ad hoc, vt super omnia diligit quietem
solitudinis, abstrahendo se ab omni socie-
tate nedum per affectum, verùm etiam cù
effectu. Ratio huius est, quia amor iste sat-
agit separare ab amante omne dissimile a-
mato, ita vt amans ab amato abstrahatur
in solitudinem quandam ab amore omni-
um creaturarum (sicut acustrebitur à ma-
gnete) vt spirituali dulcedine ipse amans
repleatur. Tertius gradus est, & dicitur a-
mor incessabilis vel infatigabilis, hoc est,
amor qui non cessat scipsum augmentare:
quia sicut ignis nullum modum ponit in

* Alias
affectionem
bominis.

Amor in-
fatigabi-
lis.

sua actione, sed semper ad augmentum tendit, quamdiu materiam inuenit, in qua valeat se multiplicare, ita etiam se habet natura huius amoris. Et quia que diuina sunt, sine mensura diligibilia sunt, ideo semper inuenit amor in Deum fatus, materiam se extendendi, & amor Dei, eiusq; profectus modum non habet nec finem. Quia ergo opus istius amoris propriè est, hominem perurgere ad proficiētē vitam, propterea semper pugnat contra accidiosam temeritatem.

CAPUT XXV.

De amore, deuotione que sensibili.

NO tandem tamen est hic, sicut dicit Richardus super Cantica, quod est dilectio quædam affectuosa, quæ interdum minus diligentem & minus perfectū plus afficit. Non enim tantum quisque diligit, quantum hanc sentit, & quantum in illo statu ubi diligere videtur, sed quantum in virtutibus & charitate fundatus fuerit, & in seruandis mandatis fidelis habetur. Dulcis in Deum affectus, quodammodo

* sensualis est fallax, & humanitatis interdum potius quam gratiæ, cordis quam spiritus, sensualitatis quam rationis, ita ut magis accendatur aliquando ad minus bonum, & minus ad maius, & ad

* Alias
carnalis.

ali.

aliquid quod amplius sapit, quam quod expedit. Hoc affectu discipuli errabant, & carnaliter Deum diligebant, cuius presentia carere nolbant. Vnde etiam non diligere arguebatur, qui quod delectaret magis, quam quod expediret, amplectebatur.

Ioan. 14.

Si diligenteris me, inquit, gauderetis utique quia vado ad patrem. Sic etiam non recte sapient; qui tam inordinatum impulsum habent accedendi ad venerabile sacramentum, frequentandi deuotionem, & similia. Sic affectuosè interdum carnalis aliquis & imperfectus ad Deum afficitur, non quod valde diligat, sed quia dulcedinem gratiae degustat. Quia quantum durat, tantum iuvat: quamdiu enim durat dulcedo, durat & dilectio: sed non agnosceret in bonis iste amicus; quia interdum hanc sensibilem dilectionem vel dulcedinem gratiae, magis sentit, leuis corde & inops gratiae, quam verus amator. Facilius enim mouetur, qui leuior corde fuerit, & expers gratiae, delectabilius oblatam recipit. Huius enim dulcis affectus causa, interdum est non gratiae copia, sed mentis inopia: exigua enim lœtificant pauperem, sicut est haustus vini, quo non lœtificaretur ebriosus.

* Alias
consolati-
onis.

Quando igitur Deus vocat per affluētiā gratiae, debet homo viuidus esse ad respon-

DE MORTIFICAT.

305

respondendum per impletionem diuinæ Gratiae voluntatis, iuxta illud Iob: *Vocabis me, & ego respondebo tibi*. Quia vocatio neminē perfectum facit, sed bene obligat ad perfectionem, eum præcipuae, qui ingratus inueniri refugit: sed responsio per impletio nem diuinæ voluntatis iustificat hominē, & ad perfectionem perducit. Fit etiam aliquoties dulcis iste affectus à maligno spiritu, vt ad debilitatem corporis homo perducatur, dum per spiritualem gulam in illa voluptate * nimis confidit, requiescit, & indiscreta exercitatione prosequitur, vel vt per illius occupationem ab utiliori opere reuocetur: & item vt eius abundantia fretus, perfectum se aliquis credat, & ad profectum minus exitetur & exerceitur virtutum: Vel etiam ut principaliter in exercitijs intentio feratur ad habendam sensibilem deuotionem, vel abusus fruendum hac defectuosa voluptate, & ita à iudice iustitiae (qui corda omnia nouit & intentiones) aeternaliter condemnetur.

Nunc vero restat inquirere, vbi verum amorem debeamus inuenire. Verus amor iacet occultatus in fundo virtutum, & manifestat se in omni aduersitate. Exempli gratia, Fundamentum humilitatis est desiderare contemni: & si habuerimus hoc desiderium propriè vel pure propter amore

Dei,

diuinæ
quomodo
nos pre-
paremus.
Iob. 4.

Gula spi-
ritualis.
* Alias,
dū nimis
ei credi-
tur, eique
dum val-
de dele-
ctat, in-
baretur.

3 Reg. 8.

Amor ve-
rus vbi
queren-
dam.

Dei, scilicet ut illi placeamus, accepti & chari efficiamur, tunc amor est verus. Similiter fundamentum patientiae est desiderium patiënti propter Deū omne, quod possibile est hominem sustinere: similiter est videre de fundamento aliarum virtutum. Et tunc iste amor se manifestat, quando homo in actuali tolerantia seu passione requiem inuenit, & hoc propter Deum, sicut Laurentius super prunas iacens, dicebat: *Isti carbones mihi refrigerium praestant.* Ardor enim amoris patiënti pro Christo magnus erat in corde ipsius, & refrigerabatur per præsentem tolerantiam, in coquod desiderium suum adeptus fuerat, hoc est, patiënti pro Deo.

CAPUT XXVI.

De adhæsione quieta, qua Deo vnimur per spem.

Tertio consurgimus, & Deo vnimur per adhæsionem quietam, solidatam anchora spei, ut scilicet quis omnes tam moralis quam spiritualis exercitiū motus, omnemque internæ suavitatis (eriam diuinitus infusa) sensibilem saporem, velocitate intentionis & dilectionis penetra bili acumine transcendat, & in Deo tanquam in motu sui finali termino immobile quiescat. Nam quando homo se levat

DE MORTIFICAT. 307

Ieuat supra omnem creaturam, supra semetipsum, & supra omnia dona Dei, & ita in dilecto amore viuifico requiescit, illuc & anima in Deo, & Deus in ea manet, & amoris complexu vicario requiescunt. In his ergo præfatis tribus punctis propriè consistit cœlum resurrectio vitæ actiuæ, quia omnes morales virtutes & virtuosa opera, & etiam exercitia exteriora & interiora, per ista ordinantur, purgantur, nobilitantur, & in merito augmentur. Cum ergo peruenient homini ad rectam intentionem, ad æstuosam impellentem amorem, & valet se supra omnia eleuare, in solo Deo requiescendo, ornatus moralibus virtutibus, tunc ad veram vitam actiuam peruenit. Hæc igitur est precipua pars de spirituali profectu ad laudem Dei.

F I N I S.

INDEX CAPITVM
IN LIBRVM R. P. IV.
LII FATII SOCIETA-
tis Iesu.

Præfatio Auctoris.

- Q**uid sit Mortificatio. Cap. I.
De fine & proprio Mortificationis of-
ficio, & de duobus eius generi-
bus. II.
In Mortificationibus, præfertim exterioribus,
mensuram & regulam esse tenendam; &
quænam illa sit. III.
De necessitate Mortificationis, quæ cuius ho-
mini in suo statu incumbit. IV.
Quæm necessarium atque utile sit Religiosis
sanctum Mortificationis exercitium. V.
Considerationes quedam magis particulares
circa potentiarum animæ nostre, passionis
amoris proprij, & sensuum corporis Morti-
ficationem. VI.
Quomodo ad praxin reducenda sit Mortificatio-
ut victoriam de potentij ac passionibus
nostris referamus. VII.
De quatuor exercitijs tanquam instrumentis
Mortificationis, Renunciationis, Abnegati-
onis, Resignationis & Indifferentie, &
primum de Renunciatione. VIII.
De Ab-

I N D E X.

- De Abnegatione sui ipsius in genere. IX.
De Abnegatione appetituum carnis, & illusio-
ne ac fallacia quadam, quæ in illa accidere
solet. X.
De Abnegatione animæ, & in specie volunta-
tis nostræ, ut principalis illum potètia. XI.
De Abnegatione proprij Iudicij & Intelle-
ctus. XII.
De Resignatione. XIII.
De Indifferentia. XIV.
De Indifferentia circa nostrum domicilia. XV.
De Indifferentia circa exercitia, & Ministe-
ria Religionis. XVI.
De Indifferentia circa officia honorifica &
gradus. XVII.
De Indifferentia in Conuersatione. XVIII.
De differentia quatuor predicatorum exercitio-
rum. XIX.
De insigni quodam interioris Mortificationis
effectu, compositione scilicet hominis exte-
rioris, eiusque decoro. XX.
De quodam insigni Mortificationis effectu, vi-
te scilicet, afflictionumque nostrarum exem-
plo. XXI.
De tertio Mortificationis effectu, qui est vo-
luntarius de spiritualibus & grauibus re-
bus sermo. XXII.

INDEX

INDEX CAPITVM IN
LIBELLVM D. HENRICI
Harpbij.

D E omnium rerum temporalium co-
demptu & de tribus paupertatis g-
dibus. Cap. I.

De suis p̄sum quæstione euellenda, & de si-
plici intentione. II.

Sensualitatem tribus mortificandam modis, &
de venialium peccatorum differentia.
III.

De mortificatione omnis inordinati amoris er-
ga homines, & de varijs amorum differen-
tias. IV.

De mortificatione vanarum & noxiarum co-
gitationum omnium, deque earundem no-
cumentis. V.

De cura omni necessaria reijienda, atque de
rerum externarum administratione. VI.

De omni cordis amaritudine tollenda, per amo-
ris divini dulcedinem. VII.

De omni vanagloria & superbia calcanda, de-
que desiderio contemptus sui. VIII.

De mortificatione omnis inordinata inter-
nae dulcedinis curiositatisque intellectu.
IX.

De scrupulis conscientie nimis rescindendis,
& de origine scrupulosis iactum. X.

De iust.

INDEX.

- De impossibilitate in aduersis habenda, & de tribulationum virilitate. XI.
De perfecta proprie voluntatis abnegatione, atque de obedientiae gradibus. XII.
De amorosa anime ad Deum conuersione. XIII.
De triplici vita hic tractanda, & quae ad vitam contemplatiuam aptus. XIV.
De preparatione vitae actiue per veram penitentiam, atque de spe diuinae misericordie. XV.
Meditationum varietas & efficacia, & de sex gradibus earundem. XVI.
Spiritualium exercitiorum practica, quibus proficiendum. XVII.
De mercenarijs & seruis infidelibus. XVIII.
De ornatu vitae actiue per virtutes morales. XIX.
De tribus mansionibus, quas in contemplatione exornari oportet. XX.
De virtutibus moralibus, humilitate, obedientia, patientia, mititate, benignitate, strenuitate, sobrietate, castitate, &c. XXI.
De profecta vel consurrectione actiue vite perfidem, dilectionem & spem. XXII.
De intentione triplici, recta, simplici & deformi, de qua oratione vocali. XXIII.

De re-

I N D E X.


- De vera dilectione, qua Deo per tres gradus in
activa vita unimur. XXIII.
- De amore, deuotioneque sensibili. XXV.
- De adhesione quieta qua Deo unimur per h[abitu]m.
XXVI.

F I N I S.



adus in
TIIII.
XXV.
er ßtē.

Januine D P P



21

7

22

6

